A.D. 1014. skamma stund úti, tóku þeir Fridarey, hon er á milli Hialltlandz oc Orkneyia. Vid Kára tók sá madr er David hvíti het, hann sagdi Kára allt um ferdir þeirra slíkt sem hann hafdi hafdi viss ordit, hann var inn mesti vin Kára, oc var Kári med honom um vetrinn, hofdu þeir þá frettir vestan or Hrossey allar þær er þar gerduz. Sigurdr Jarl baud til sín at Jólum Gilla Jarli mági sínum or Sudreyium, hann átti Svanlaugu systur Sigurdar Jarls, þá kom til Sigurdar Jarls konungr sá er Sigtryggr het af Irlandi. hann var sonr Olafs qvarans, enn módir hans het Kormlaud, hon var allra qvenna fegrst oc best at ser ordin um þat allt er henni var úsiálfrádt, enn þat var mál manna at henni hafi allt verit illa gefit þat er henni var siálfrádt. Brián het konungr sá er hana hafdi átta, oc voru þau þá skilit, hann var allra kononga bezt at ser, hann sat í Kunnaktirborg á Irlaudi. bródir hans var Ulfr Hræda inn mesti kappi, oc hermadr. Fóstri Bríans het Kerþiálfadr, hann var son Kylfis Konungs þess er margar orrostur átti vid Brián konung, oc stock or landi fyrir honom

per mare brevi temporis spatio delati, portam in Fridareya, quæ Hialtlandiam & Orcades interjacet, capiebant. Accepit hospitio Karium vir qvidam nomine i) *David Albus; hic eum cujuscunqve de itinere Flosianorum factus certior erat, docuit, singulari se in eum benevolentia præbens, apudqve illum Karius hybernabat. Interim de omnibus, quæ occidentem versus in Rosseya gerebantur, nuntios accepere. Instante festo Natalitii Sigurdus dynasta Gillium Comitem sororium suum ex Aebudis ad se invitavit; hic* k) *Svanlögam in matrimonio habebat sororem Sigurdi dynastæ. Tum & rex nomine Sigtryggus ad Sigurdum dynastam ex Hibernia venit, filius Olafi Qvaranis. Mater autem Kormlöda nominabatur, quæ omnium foeminarum venustissima, omnibusqve; quæ non ex ipsius arbitrio pendebant, dotibus ornatissima: omnibus rebus vero in sua potestate sitis male prædita vulgo perhibetur. Rex erat nomine Brian, cujus illa uxor, verum jam ab eo dimissa fuerat, hic omnium regum ingenio optimus, in Hibernia urbe Connaeiæ residebat. Ejus frater Ulfus Hræda (Terror), athleta celeberrimus & homo militaris. Alumno Brianis nomen erat Kerthialfadus: hic fuit filius* l) *Kylveris regis, qvi præliis cum Briane rege com-*

i) David.) C. *semper* Dagvidr.

k) Svanlaugu.) B. Kormlödu, C. Hvarflaudu, *quæ duo idem esse videntur. Verbum Verum supra Cap. XC, vocatur soror Sigurdi* Nereidr: *adeoqve Gillius duas ejus sorores in conjugio deinceps habuerit.*

l) Kylfis.) B. Kylas, *utrobiqve.*

honom. oc settiz í steinn, enn þá ex Brián konungr geck sudr, þá fann hann Kylfi konung oc sættuz þeir þá tók Brián konungr vid syni hans Kerþiálfadi, oc unni sem sinum sonum, var hann þá róskinn er þetta var tídinda oc allra manna fræknastr. Dungardr het son Bríáns Konungs enn annarr Margadr þridi Takter, hann var þeirra ýngztr, enn inir ellri synir Bríáns Konungs voru frumvaxta ok manna vaskaztir, ecki var Kormlaud módir barna Bríans kon ungs, enn sva var hon ordin grimm Bríáni konungi eptir skilnat þeirra at hon vildi hann giarna feigan. Brián konungr gaf upp þrysvar útlaugum sinum inar somu sakir, enn ef þeir misgerdu optarr, þá let hann dæma þá at laugum, oc má af af slíku marka hvílikr konungr hann hefir verit. Kormlaud eggiadi miok Sigtrygg son sinn at drepa Brián konúng, sendi hon hann nú til Sigurdar Jarls, at bidia hann lids, kom Sigtryggr Konungr fyrir Jól til Orkneyia, þar kom þá oc Gilli Jarl sem fyr var ritad. Sva var monnom skipat at Sigtryggr konungr sat í midiu hásæti, enn til sinnar handar konongi sat hvarr Jarlanna, sátu menn

O 3 þeirra

compluribus gestis hujus opera ex regno profugus in monasterium confederat: Brian autem Romam pedibus iter faciens Kylverem regem nactus in gratiam cum eo rediit, & filium ejus Kerthiálfadum (educendum recepit; majorique hunc benevolentia, quam suos filios complectabatur, idem (Kerth.) cum hæc gerebantur, adultus, multo maximam virtutis opinionem habuit. Filii Brianis regis vocabantur Dungadus, alter Margadus tertius m) *Tactus, quem (nostra lingua) Tannum dicimus: hic illorum natu minimus: primævi autem regis filii matura jam ætate fuerant ac longe strenuissimi. Nullos ex Kormlöda rex Brian liberos genuerat, ea vero post divortium adeo infesta regi erat: ut necem ejus ardentissime cuperet. Exilii damnatis ab se eorundem impunitatem criminum ter dedit Brian rex; verum si sæpius deliquissent, tum eos legibus condemnari fecit ex qua re, qualis ille rex fuerit, colligere licet. Kormlöda filium Sigtryggum uti regem Brianem interficeret, etiam atque etiam cohortata, jam eum ad Sygurdum dynastam auxilia petendi gratia legavit. Pervenit rex Sigtryggus ante ipsum Natalitii festum in Orcades: quo etiam Gillius Comes, uti supra est demonstratum, aderat. Ita dispositi convivæ erant: Rex Sigtryggus in medio solio, huic dynasta & Comes, alter dexter, alter sinister, considebant: intra solium* A. D. 1014.

m) Taktr.) C. Tadkr. G. Tadr.

A. C. 1014. þeirra Sigtrygs konúngs oc Gilla Jarls innar frá, enn utar frá Sigurdi Jarli sat Flosi oc þorsteinn Síduhallzson, oc var skiput aull hollin. Sigtryggr konungr oc Gilli Jarl villdu heyra tídindin þau er gerz hofdu um brennuna, oc sva sidan hon var, þá var fenginn til Gunnarr Lambason at segia sauguna oc var settr undir hann stoll.

lium satellites regis & Comitis Gillii; ab exteriori latere Sigurdi dynastæ adsederunt Flosius & Thorsteinn Halli Sidensis filius, omnibus triclinii sedibus occupatis. Rege Sigtryggo & Gillio Comite, quæ circa incendium (Nialianum), quæque post illud factum, gesta fuerant, audire cupientibus; Gunnarr Lambii filius, qvi memoriam earum rerum proderet, eligitur, sella qvam insideret, destituta.

VIG GUNNARS LAMBASONAR.

1014. I þenna tíma komu þeir Kári oc Kolbeinn oc Davídr hvíti til Hrossseyiar aullum á úvart, gengu þeir þegar upp á land, enn fáir menn gættu skips. Kári oc þeir felagar gengu þegar til Jarls bæiarins oc komu at hollinni um drykkiu, bar þat saman at þá var Gunnarr at segiâ brennu sauguna, en þeir hlýddu til á medan úti, þetta var ióla daginn sialfan. Sigtryggr konungr spurdi, hversu þoldi Skarphedinn í brennunni? vel fyrst lengi sagdi Gunnarr, enn þó lauk sva at hann gret, oc um allar sagnir halladi hann miok til, enn sló vída rá. Kári stódz þetta eigi, hliop hann þá inn med brugdnu sverdinu oc qvad vísu þessa.

CÆDES GUNNARIS LAMBII FILII.

Hoc ipso temqore Karius, Kolbeinn & David Albus in Rosseyam cunctis inopinantibus veniunt: egressique protinus in terram, paucis navim custodientibus, (Karius atqve socii) ad sedem dynastæ continuo ingrediuntur, & ad palatium sub ipsa compotatione adsunt: concurritqve, ut Gunnarr eodem tempore narrationem incendii proferret ac isti foris constituti auscultarent, hæc autem res ipsa Natalitii die accidit. Rex Sigtryggus interrogat: Quomodo tulit Skarphedinn ustionem? Diu quidem fortiter, ait Gunnarus, tamen ad ultimum flebat, adeo hic narratum omnem deflexit in pejus, qvin multa est ementitus. Quod haud sane ferens Karius cum stricto gladio sese intro corripit, & hoc fundit carmen:

Hrósa *Laudibus*

Hrófs hilldar fúfir
Hvat hafa til fregit fkatnar
Hve ráfáka ráku
Rennendr Niáls brennu
Vardat veti niordum
Vidheims at þat fidan
Hrátt gat hrafn at fkita
Holld fæliga golldit.

Laudibus extollunt (homines ad prælia prompti
(Quid audiêre fando ea de re viri
Quomodo equos habiles antennis pellere docti
Hoc vindicarint? Nialianum incendium.
Contingebat, iis, sua qui testantia Martem
Ignita gestant tela, deinde postea
(Crudas obtinuit corvus difcerpere (eorum)
Carnes.) referri gratiam haud ignaviter.

A. D. 1014.

Þá hlióp hann innar eptir hollinni oc hió á hálfinn Gunnari Lambafyni, oc fva fnart at haufudit fauk upp á bordit fyrir Konunginn oc Jarlana urdu bordin í blodi einu oc fva klædin Jarlanna. Sigurdr Jarl kendi manninn þann er vegit hafdi verit hirdmadr Sigurdar Jarls oc var allra manna vinfælastr, oc ftód engi upp at helldr þótt Jarl ræddi um. Kári mællti: þat munu margir mæla herra at ek hafa þetta verk fyrir ydr unnit at hefna hirdmannz ydars. Flofi mællti. Ekki gerdi Kári þetta um fakleyfi hann er í ongum fættum vid ofs. gerdi hann þat at fem hann átti. Kari geck i bravt oc vard ecki eptir honom gengit, fór Kári til fkips fins oc þeir félagar, var. þá vedr gott, oc figldu þegar fudr til Katanefs, oc foru upp í Þrasvík til gofugs mannz er Skeggi het, oc voru med honom miok lengi, þeir í Orkneyium hreinfudu bordin oc báru út inn dauda. Jarli var fagt at þeir hefdi

Quo dicto introrsum per triclinium decurrit, collum Gunnari Lambii filio percutit, idque tanta violentia, ut caput hominis in mensam ipsam ante regem, dynastam & Comitem evolaret, totaque mensa & amicula dynastæ & Comitis sanguine replerentur. Sigurdus dynasta, homine qui cædem fecerat recognito, prehendite, inquit, Karium & trucidate. Hic autem satellitis officio apud dynastam olim functus quod omnibus longe cariſſimus erat, nemo, quamvis id præcipiente dynasta, eo magis surrexit, sed ipse fatur: Plerique, domine, censuerint, hoc me tuo nomine ad vindicandam satellitis tui mortem designasse. Flosius suscipit: Neque hoc sine justa causa patravit Karius, is nullum adhuc nobiscum iniit compositionem, atque adeo egit quod oportebat ipsum. Sic digressus est Karius, neque, ut eum insequerentur, evenit: se cum sociis ad navim refert; miti secundoque aëre ad Katanesiam austrum versus navigant; in Thrasuicum egressi nobilem virum nomine Skeggium adeunt, quocum adeo diu commorabantur. Orcadenses repurgatis mensis mortuum extulerunt. Cæterum dynastæ nuntiato, Karium & socios meridiem

A.D. 1014. hefdi figlt fudr til Skotlandz. Sigtryggr Konungr mællti, þessi var herdimadr mikill fyrir ser er sva rauskliga vann at oc sáz ecki fyrir. Sigurdr Jarl svaradi: aungum manni er Kári likr í hvatleik sinum oc árædi. Flosi tók nú til at segia sauguna frá brennunni, bar hann aullum vel oc var því trúat. Sigtryggr konungr vakti þá til um eyrindi sitt vid Sigurd Jarl oc bad hann fara til orrustu med ser í moti Briáni konungi. Jarl var lengi erfidr, enn kom sva at hann gerdi kost á, mællti hann þat til at eiga módur hans, oc vera konungr á Irlandi ef þeir felldi Brián, enn allir lauttu Sigurd Jarl í at ganga, oc tydi ecki, skildn þeir at því at Sigurdr Jarl het het ferdinni, enn Sigtryggr konungr honom módur sinni oc konungdómi, var svā mællt at Sigurdr Jarl skylldi koma med her sinn allan til Dyflinnar at palmsunnudegi. Fór Sigtryggr konungr þá sudr til Irlandz oc sagdi Kormlodu módur sinni at Jarl hafdi í gengit, oc sva hvat hann hafdi til unnit, hon let vel yfir því, enn qvad þau þó skylldu draga at meira lid. Sigtryggr spurdi, hvadan þess væri at von? hon sagdi at víkingar tveir lágu úti fyrir vestan Mon oc hafdi XXX skipa, oc sva hardfengit at ecki stendr vid, heitir annarr Ospakr enn annrarr Bródir, þú skallt fara til mótz

meridiem versus ad Scotiam velificatos esse; rex Sigtryggus loqvitur: Iste vero homo fortitudine fuit mira, qui adeo strenue rem egit neqve dubitavit. Sigurdus dynasta respondet: Tum Flosius incendii commemorationem ingressus de omnibus aeqviter referebat, illique habita fides est. Postea rex Sigtryggus causam adventus sui Sigurdo dynastæ innuit, ac belli eum rege Briane gerendi socius ut adjungeretur sibi, postulat, hic diu quidem inexorabilis, tandem tamen operam condicere adductus est, his legibus adjectis, ut mater illius sibi nuberet; ipseqve, si Brianem sternerent, rex Hiberniæ fieret, qvam ad rem descendere omnes dynastam exhortabantur; verum frustra, nam sic ab invicem discessum est, ut Sigurdus expeditionem receperit, rex autem Sigtryggus matrem ei conjugem & sceptrum desponderit: ad hoc præfinitum, uti dynasta suis cum copiis omnibus Dublinum die solis Palmarum adforet. Jamqve rex ad austrum in Hiberniam reversus, matrem Kormlödam edocet associatum sibi dynastam esse; ipseqve qvæ hujus rei gratia promisisset. Laudabat id quidem regina, sed ampliora tamen se filiumqve auxilia contracturos ostendebat, a Sigtryggo, hæc unde sperare qveant, interrogata; binos piratas ab occidente Monæ, classe XXX navium, excubare docet; qui quidem (ait) sunt adeo strenui, nihil ut adversus eos consistere valeat; alter Ospakus, alter Broder nominatur: tu ad hos adeas, & nihil reliqui facias, quod ad

mótz vid þá, oc láta ecki atſkorta at koma þeim í med þer, hvat ſem þeir mæla til, Sigtryggr konungr ferr nú oc leitar víkinganna oc fann þá fyrir utan Maun, berr Sigtryggr konungr þegar upp eyrindi ſin, enn Bródir barſt undan allt til þeſs er Sigtryggr konungr het honom kunungdom ok módur ſinni, oc ſkylldi þetta fara ſva hliótt at Sigurdr Jarl yrdi eigi viſs, hann ſkylldi oc koma pálmſunnudag til Dyflinnar. Sigtryggr konungr fór heim til módur ſinnar, og ſagi henni hvar þá var komit. Eptir þetta talaz þeir vid Oſpakr oc Brodír, ſagdi þá Bródir Oſpaki alla vidrædu þeirra Sigtryggz oc bad hann fara til bardaga med ſer í móti Briáni konongi, oc qvad ſer mikit vid liggia. Oſpakr qvadz eigi vilia beriaz í móti ſva gódum konongi, urdu þeir þá bádir reidir oc ſkiptu þegar lidi ſínu, hafdi Oſpakr X. ſkip enn Brodir XX. Oſpakr var heidinn oc allra manna vitrazr. hann lagdi ſkip ſin inn á ſundit enn Bródir lá fyrir utan. Bródir hafdi verit madr kriſtinn oc meſsu diákn at vígſlu. enn han hafdi kaſtat trú ſinni oc gerdiz gudnídingr oc blótadi nú heidnar vættir, oc var allra manna fiolkunnigaztr, hann hafdi herbúnad þann er eigi bitu iárn, hann var bædi mikill oc ſterkr oc hafdi hár ſva mikit at hann drap undir bellti ſer, þat var ſvart.

P FRA

ad conjungendum eos tecum pertinet, qualecunqve ob id præmium poſtularint. Deinde rex piratas qvæſitum it, & ultra Monam inveſtigavit, qvid ſibi negotii ſit, mature profert. Broder vero ad eum finem recuſavit, qvoad rex ei regnum, matremqve (in conjugium) paciſcebatur: qvæ res (tamen) adeo tacite haberetur, ut Sigurdus dynaſta nihil ſubſentiret, cæterum & Broder Dublinum die ſolis Palmarum adveniret. Rex Sigtryggus domum reveniens ad matrem, qvo res deducta ſit, ei renuntiat. Poſt, ubi Oſpakus & Broder ſermonem conſerebant, hic illi ſuum cum Sigtryggo colloqvium enarrat; ſibi ut ſocius eat eum rege Briane depugnatum, orat; hoc plurimum ſua intereſſe dictitat, verum Oſpakus ſe adverſus tam bonum regem laturum arma negat: hine ira ſuccenſi ambo, communes ſtatim copias dividunt; hic X naves, ille XX retinet. Erat Oſpakus religioni ethnicæ deditus ac homo longe ſapientiſſimus. Hic ſuas naves in interiora freti egit; Broder autem ad ulteriora conſiſtebat. Qvi religionem Chriſtianam olim amplexus, atqve diaconi officio functus, eam rejeceret, factusqve Dei maledictor, nunc gentilia numina colebat: erat multo omnium artis magicæ peritiſſimus; armatuqve inſtructus militari, qvi omne reſpuebat ferrum; porro & ſtatura grandi & magnis viribus; promiſſaqve adeo coma, ut eam balteo ſubtexuerit, colore nigricante.

A. D. 1014.

DE

FRA UNDRUM.

A. D. 1014. Þat bar vid eina nótt at gnýr mikill kom yfir þá Bródr sva at þeir vaknudu allir oc spruttu upp oc fóru í klædi sín, þar med rigndi á þá blódi vellanda, hlifdu þeir ser þá med skiolldum, oc brunnu þó margir. Undr þetta hellz allt til dags, madr hafdi látiz af hveriu skipi, sváfu þeir þá um daginn. adra nótt vard enn gnýrr oc spruttu þá enn allir upp, þá rendu sverd or slidrum, enn auxar oc spiót flugu í lopt upp oc baurduz, sóttu þá vapninn sva fast at þeim at þeir urdu at hlífa ser, oc urdu þó margir sárir, enn dó madr af hveriu skipi, hellz undr þetta allt til dags, svafu þeir þá enn um daginn eptir. Þridiu nótt vard gnýrr med sama hætti. þá flugu at þeim hrafnar oc sýndiz þeim or iárni nefin oc klærnar, hrafnarnir sóttu þá sva fast at þeir urdu at veria sik med sverdum enn hlífdu ser med skiolldum, geck þessu enn til dags, þá hafdi enn látiz madr af hveriu skipi, þeir svafu þá enn fyrst, enn er Brodir vaknadi varp hann mædiliga aundunni, oc bad skióta utan báti, þvíat eck vil finna Ospak, steig hann þá í bátinn, oc nockurir menn med honom, enn er hann fann Ospak, sagdi hann honom undr

DE PRODIGIIS

Accidit nocte quadam, ut sonitus supra Brodere ac suis tantus existeret, ut expergefierent omnes, raptim surgerent, vestes induerent, simul in eos ferventi sangvine pluit, & quanquam se scutis protegebant, multi tamen ardore sunt correpti, hoc prodigium ad lucem usque tenuit: unusqve homo in singulis navibus oppetiverat. Seqvente igitur die dormiebant. Proxima vero nocte strepitus iterum fiunt; & surgunt etiam universi: tum gladii sua sponte vaginis excurrere, secures & hastæ sursum evolantes pugnam facere; qvin hæc arma tam vehementer homines urguere, ut tueri se necessum haberent, nec pauci tamen sauciarentur. Unum etiam singulæ perdiderunt naves, eo prodigio usque in diem continuato. Subseqventi die rursus dormitabant. Tertia itidem nocte sonitus exstitit; tumqve ad eos corvi, quorum rostra & ungves ex ferro videbantur, advolant; ac tanta vi homines impetunt, ut hos a se gladiis defendere, ipsos clypeis protegere cogerentur: quod etiam ad diluculum perseverabat, uno pariter in qvaqve navi mortuo. Tum etiam quieti se primum dabant; deinde vero experrectus Broder, ducensqve animam anhelanter, scapham de nave dimitti jubet; ego enim (ait) conventum volo Ospakum: moxque descendit cum nautis aliquot in scapham. Cumqve Ospakum convenisset, memoratis ei quæ sibi apparuerant prodigiis, rogat uti se, quæ res por-

undr þau er fyrir þá hafdi borit, oc bad hann segia ser fyrir hverio vera mundi. Ofpakr villdi eigi segia honom fyrr enn hann selldi honom grid. Bródir het honom gridum, enn Ofspakr dró þó undan allt til nætr. Ofspakr mællti þá, þar sem blódi rigndi á ydr þar munut þer hella út margs mannz blódi bædi ydru oc annarra, enn þar sem þer heyrdut gny mikinn, þar mun ydr sýndr heims brestr oc munu þer deyia allir brátt; enn þar er vapnin sóttu at ydr, þat mun vera fyrir orrostu, enn þar sem hrafnar sóttu at ydr þat merkir diofla þá er þer trúit á oc ydr munu draga til helvítis qvala. Bródir var þá sva reidr at hann mátti aungu svara oc fór þegar til manna sinna, oc let þekia sundit allt med skipum oc bera streingi á land, oc ætladi at drepa þá alla eptir um myrguninn. Ofspakr sá rádagerd þeirra alla, þá het hann at taka trú oc fara til Briáns konungs oc fylgia honom til daudadags, hann let þat þá ráds taka at þekia aull skipin oc forka med landinu oc haugga strengi þeirra Bródur, tók þá at reida saman skipin enn þeir voru sofnadir, þeir Ofspakr fóru þar út or firdinum oc sva vestr til Irlandz, oc komu til Kantaraborgar, sadgi Ofspakr þá Briáni konungi allt þat er hann var víss ordinn oc tók skíro oc

tenderentur iis, doceat: verum hic adeo recusavit explanare, donec sibi incolumitatem confirmaret Broder, & eo quamvis pollicito, tamen usqve in noctem distulit. Tum autem loqvitur: Quod in vos sanguine pluebat, multorum mortalium sanguinem effundetis tam vestrum quam aliorum: quod mirum audiebatis sonitum præmonstrata vobis fuerit cessatio mundi (ɔ: *vitæ in mundo*), *vosqve omnes celeriter moriemini: quod arma impetebant vos, id prælium portendit: quod deniqve corvi vos aggressi sunt, hoc dæmonia significantur, quibus fidem habetis, quæqve vos in cruciatus infernales sunt abreptura. His Broder adeo exasperatus, ut ne verbum quidem respondere potuerit, statim ad suos redit, naves per totum fretum (in latitudinem) disponendas, orasqve ad litora destinandas curat, postero mane Ospakianos omnes contrucidaturus. Ospakus perspecto plane hoc consilio, sese religionem Christianam recepturum, Brianem regem aditurum, eiqve ad fati sui diem hæsurum vovit, porro eam iniit rationem, ut suas naves omnes contegi velis faceret, oramque stringens adhibitis contis, rudentes interscindi classis Broderianæ: ita naves rursus in unum contrahi coepere, nautæ vero compositi somno fuerant: tum Ospakus & sui ex freto enavigarunt, itaque ad Hiberniam occidentem versus (tetenderunt;) ac devenerunt ad urbem Connaciæ. Mox ille Brianem regem quarum rerum certior factus est, edocuit: receptoque baptismate regi se tradidit.* A. D. 1014.

A. D. 1014. oc fal fik konungi á hendi. Sídan let Brián konungr famna lidi um allt ríki sitt, oc skylldi kominn herrinn allr til Dyflinnar í vikunni pálmdrottinsdag.

tradidit. Postea rex Brian conficiendum exercitum curat per totum regnum suum, qui exercitus Dublinum circa diem Dominicam Palmarum cunctus adveniret.

FRA SIGURDRI JARLI OC HANS FORFEDROM.

Þorfinn Jarl atti V sono het æirn Havarþr hinn Arsæli, annar Hlaudver, þridi Liotr, feordi Skuli, fimti Arnfinnr, Ragnhildr Eyreks dottir red Arn-
circa 950. finni bonda sinom bana í Myrkhol á Katanesi, enn hun giptist Havarþi hinom Arsæla brodr hans. Havardr tók Jarldom oc var goþr höfdingi oc Arsæll, Einar Kliningr het madr hann var systur sun Havards höfdingi mikill, hann hafdi sveit mikla oc lá í hernadi á sumrum, hann þá veitslo at Havardi oc at þeirri veitslo töludo þau margt Ragnhildr oc Einar, kalladi hun slykann mann vel til höfdingea fallinn oc betr hendtan Jarldom enn Havardi frænda huns oc kalladi þá kono vel gipta er slikan man ætti, Einar bad hana ecki tala slikar rædr, kvad hann mann göfgastann í eyonom oc hana fullvel gipta, Ragnhildr svarar, skammar man verda samfarir ockar Havards hedann fra; satt er þat at verda mano menn til i eyonom, þeim er ei man alt í augum vaxa, ef þu fyr ermunar þer Tignarinnar. Fyrir slikar fortölr hennar feckst Einari hugr til agirni oc

DE SIGURDO DYNASTA EJUSQVE MAJORIBUS.

Thorfinno Jarlo qvinqve erant filii, Havardus Annona beatus, Hlodverus, Liotus, Sculo *&* Arnfinus. *Arnfinno conjux Ragnhilda Erici filia, dum Myrkholi in Catanesia ageret, necem attulit, ejusqve fratri Havardo Annona beato nupsit. Ille Jarli dignitate auctus Principis boni felicisqve fama cluebat. Nepotem ex sorore habuit Enarum Kliningum percelebrem virum, qui per æstates piraticæ incumbens numerosum circumduxit agmen. Accidit aliqvando, ut dum apud Jarlum convivio fruitur, Ragnhilda freqventibus colloqviis ultro citroqve habitis, in illo virtutem dignam duce collaudaret; & muneri Jarli magis aptum, quam Havardum ipsius cognatum, diceretqve uxoris rem bene agi, cui talis esset conjux. Enaro Jarlum omnibus in insulis præstare, eamqve digne nuptam esse respondenti, oggerit: brevi Havardus & nos una habitabimus, & erint, hic in insulis, qvi non terri patientur, si honores duxeris spernendos. Qvibus monitis Enarus accenditur in avaritiam & mortem cognato inferendam,*

oc ſvika vid frænda ſinn, oc ſömdu þau þá ſin á midlum at hann ſkylldi drepa Jarl, enn hun ſkylldi giptaſt hanom, oc nockru ſidar beoſt Einar til ferdar þeirrar, oc þá mællti ſpamadr eirn er var med hanom: geör þetta verk æi í dag heldt á morgun, ella mano leingi ættvig vera í ætt ydvarri. Einar let ſem hann heyrdi þetta eigi. Havardr var þá á Steinsneſi í Roſſey, þar var fundr oc Bardagi þeirra Havards, oc ei langt adr Jarl fell, heiter þar nú Havards teigr. Oc þá er þeſsi tidindi ſpurduſt, þotti Einar vordinn nidingr mikill af verki þeſsu, þá vildi Ragnhildr ecki ſambland eiga vid hann, oc kallar þat lygd eina, at hun hefdi þar í heitom verit, ſendi hun þá eptr Einari Hardkiöpt, hann var ſun annarar ſyſtur Havards, oc þá er þau funduſt, ſegir hun ſkömm at ſlikum frændum hans, er ei vildu hefna hans, kallaſt alt vildu til vinna at Jarls yrdi hefndt, enn þat er oc audvitat ſegir hun, at ſa man meſt metinn af öllum godum mönnum, er Jarls hefner, hefir ſa oc unnit til rikis hans, Einar ſegir, þat er mællt Fru, at þer mælit ſtundum annat enn ydrbyr í ſkapi, enn ſa er þetta verk gorer, man þat ſyrer vilia hafa at þu halder þeim í hendur rikino, oc þeim lutum öþrum er ei mano þykia minna ſkipta, ſlita ſva rædunni. Eptir þetta fór Einar Hardkiöptr at Einari Kliningi, oc

ferendam, cujus illa premium, ſocietatem thori ſecum jugendam pacta eſt. Paulo poſt in Jarlum movet; at dum arma expedit, monetur ab haruſpice, in ſeqventem diem propoſitum craſtinaret, ne, ſecus freqventes cædes cognatos diu attrituræ uſu evenirent. Qvod Enarus ſimulans non audiviſſe Steinsneſum Roſſeiæ villam, ubi Havardus tunc degebat, adiit, pugnamque iniit, ubi Havardus in loco Hallvardtseigur dicto cadit. Hoc facto Enarus ab omnibus neſandi ſceleris reus habebatur, & Ragnhilda matrimonium, cum homine neqvam inire noluit, pactum, qvod ille poſtulabat, fictum eſſe dicens. Vocatum deinde Enarum Hardkiaptum cæſi ex ſorore altera nepotem illa affatur. Magnæ vobis occiſi cognatis vertetur ignominiæ, qvod mortem non vindicetis, ego vero ultionem pretio qvovis emam, nec ullum mihi dubium qviu ab hominibus, qvi virtutem colunt, ultor ſummi æſtimetur, & comitivam dignitatem premio reportet. Regeſſit Enarus. Diceris Domina haud raro, diverſa loqvi, ac qvæ volvis animo, qvi vero poſtulata fecerit, petit viciſſim, regnum ſibi tradi cures, & res, qvæ viſæ fuerint, majoris momenti. His dictis Enarus Hardkiaptus, Enarum Kliningum adoritur

A. D. circa 951.

A. D. circa 952.

oc drap hann, enn Ragnhilldr sendi eptir Lioti brodr þeirra oc giptist hanom. Liotr tók Jarldom oc gordist höfdingi mikill, Einar Hardkiöptr hafdi nu drepit frænda sinn, enn var þá egi nær Jarldomi enn adr, uner hann nu stor illa sinom luta, vildi nu afla ser manna oc sækea med makt til eyanna, honom vard illt til manna, þvi at Orkneyingar vildu þióna sonum Þorfins Hausakliufs. Oc nockru sidar let Liotr Jarl drepa Einar Hardkiöpt. Skuli brodir Liots fór nu á Skotland oc var þar gesit Jarls namn af Skota konungi, sidann fór hann yfir á Katanes oc afladi ser þar Lids, oc fór þadann í eyar oc deildi þar til rikis ved Liot brodr sinn, Liotr safnar lidi oc fór til mots vid Skula oc vard fiölmennari, enn er þeir fundust vildi Skuli ecki annat enn berjast, vard þar hardr Bardagi oc sigradist Liotr, enn Skuli flydi yfir á nes oc þangat ser Liotr eptir hanom, oc dvaldist þar um rid oc vard fiölmennr, oc þá ridr Skuli ofan af Skotlandi med her mikinn er Skotta konungr hafdi fengit hanom oc Magbiodr Jarl, oc varo Skottar hinir aköfusto í öndverdri orrusto. Liotr bad menn hlifa ser oc standa þo sem fastast, enn er Skotar feingo egi at gort, eggadi Liotr sina menn oc var sealfr hinn akafasti, oc er sva hafdi stadit um rid, þá raufst fylking þeirra Skota, oc eptir þat

ritur & interficit, Ragnhilda vero Liotum utriusque fratrem arcessit, illique nupsit. Qui suscepto comitis imperio vir potens factus est. Enarus fratre cæso, dignitati, quam appeterat, nondum propior rem suam ægerrime ferens vi insulas subjugare sibi proposuit, verum, quia Orcadenses Thorfinni Hausakliufi filiis parere solum voluerunt, auxilio caruit. Paulo post jussu Lioti a medio sublatus est Skulo frater Lioti in Scotiam profectus comitis dignitate a Scotorum rege ornatur, quo facto militem per Catanesiam conscriptum in insulas ducit, sibique regendas poscit. Liotus hosti copiis fortis occurrit & Sculium pugnam petentem acri prælio superat, fugientemqve in Catanesiam sequitur. Hic ubi victor aliqvantum egerat, ex Scotia cum numeroso Scotorum regis & Macbethi comitis milite redit Sculus. Scotus acer in prima acie pugnabat. Liotus vero suos se defendere, nec proferre pedem jussit. Scotos demum recedentes magna vi aggreditur ante suos pugnans & laxatis ordinibus terga dare cogit. Sculius pugna redintegrata cum suis tandem cecidit.

þat flya þeir 'enn Skuli hellt upp Bardaga, enn fell þo at lyktom, Liotur tok undir sik Katanes oc var þá ufridr mitlum Skota oc Liots Jarls þviat Skotar undo illa uförom sinom. þá er Liotr Jarl var á Katanesi, þá kvam Magbeodr Jarl af Skotlandi med her mikinn, oc funduſt þeir Liotr Jarl á Skydamyri á Katanesi, oc hafdi Liotr Jarl, eigi lid vid, enn þo geck Liotr ſva faſt fram, at þeir viknudo fyrir Skotarnir, oc var Bardagi adr þeir flydo, er liſit þago, enn fiöldi var ſár, Liotr vendi aptr med ſigri oc var lidit miök ſart, Liotr Jarl hafdi fengit ſár þat er hann leiddi til bana.

cecidit.. Victor Catanesiam sibi subegit, unde Scoti, & quod res tam male gestas ægerrime ferrent, Lioto bellum minabantur. Quodam tempore, ubi Liotus in Catanesia degebat, Macbethus Comes multo agmine stipatus ex Scotia descendit, eumque in Skidamire Catanesiæ loco adoritur. Miles rarus erat tum illi, tantus vero pugnandi furor & successus, ut Scoti recedere & brevi post salutem fuga quærere, maximam partem saucii necessum haberent. Liotus cum suis victoriam & vulnera domum reportavit, unde non diu postea vita functus est. A. D. circa 965.

UM HLÖDVER JARL OC SIGURD JARL DIGRA SUN HANS.

Hlödver tók Jarldom eptir Liot oc var mikill höfdingi, hann atti Audur dottr Kiarvals Ira konungs, þeirra ſun var Sigurdr Digri, Hlödver vard Sottaudr oc var heygdr i Höfn a Katanesi, Sigurdr ſonr hans tók Jarldom eptir hann, oc vard Höfdingi mikill oc vidlendr, hann helt med valdi Katanes fyrir Skotum oc hafdi hvört ſumar her uti, hann heriadi i Sudureyar á Skotland oc Irland. Þat var á einu Sumri at Finnleikr Skota Jarl haſladi Sigurdi völli á Skydamyri á nemndum deigi, enn Sigurdr geck til fretta

DE HLÖDVERO ET SIGURDO CRASSO EJUS FILIO.

circa 965. Hlodverus *Lioti in comitiva dignitate & potentia successor matrimonio sibi junxit Auduram Kiarvali Regis Hibernorum filiam, ex qua filium suscepit Sigurdum Crassum. Patrem morbo naturali mortuum tumulo in Hafna Catanesiæ condidit Sigurdus,* circa 982. *Patrium ille imperium vi magna opum, latque fundorum dominio adauxit. Catanesiam manu armata Scotis prohibebat, & singulis æstatibus infesta per Scotiam, Hæbudas & Hiberniam circumtulit arma. Erat æstate quadam, ut Finleikus Scotorum comes Sigurdo pugnæ campum in Skidamira describeret.* 985.

A. D. 985. fretta vid modr sina, hun var marg-kunung, Jarl sagdi henni at egi mundi minni lidsmunr enn VII menn um einn. hun svarar ek mundi þik leingi hafa upfædt i ullaupi minum, ef ek vissa at þu mundir einalt lifa, oc rædr audna lifi enn egi hvar madr er kominn, betra er at deya med sæmd enn lifa med skömm, tak her vid merki þvi ek er hefir gort af allri minni Kunnatto, oc væntir ek at sigursælt verda muni þeim er fyrir er borit, enn banvænt þeim er ber. merkit var gort af miklum handvirdum, oc ageætlegum hagleik, þat var geört í hrafns mind, oc þa er vindr bles i merkit, þa var sem rafn bæindi fluginn. Sigurdr Jarl vard reidr vid ord modur sinnar, oc gaf Orkneingum Odul sin til lidveitslu, oc fór til Finnlæiks Jarls á Skydamyri, oc fylkti hverirtueggi lidi sinu, oc þá er orrosta se saman, var skotinn merkis madr Sigurdar Jarls til bana, Jarl kvaddi annan man til at bera merkit, oc þá er barist var um rid fell sa, III fellu merkismenn Jarls, enn hann hafdi sigr oc seingo þá Orkneyingar Odul sin eptir lofordi hans, oc geck at eiga dottur Melcolms Skota konungs.

beret. Quo audito Sigurdus matrem, quæ foemina multiscia erat consulendi causa adiit, narratoqve copiarum non minus esse discrimen, qvam cum septem uni esset dimicandum, responsum tulit. Quam nimis diu ego te in cunis lana plenis enutrivissem, si mens mihi præsaga fuisset tibi vitam fore sempiternam; & vitam & pericula fata semper regunt: & ego qvidem judico esse satius viri mortem animo forti obeuntis famam volare per ora virorum, quam indecore vivere. His dictis signum filio dedit, arte, qvam potuerat summa factum, qvod ominabatur possessori victoriam, ferenti vero necem allaturum esse. Erat signum miri artificii, magnæqve virtutis in speciem corvi factum, qui, dum illud vento pandebatur, in hostes volatu ferri visus est. Adversus matris suæ verba Sigurdus ira excandebat & insularum incolis pro auxiliis allodia pollicebatur. Quo facto in Skydamyram exercitum duxit, ubi acre prælium cum Finleiko ingreditur. In primo concursu signifer comitis Sigurdi hasta perforatus obit, qvem munere & fato alter, & hunc tertius, brevi seqvebantur. Comes tandem victoria potitus Orcadensibus allodia restuebat, & filiam Melcolfi Scotorum Regis matrimonio sibi junxit.

BRIANS BARDAGI.

1014. Sigurdr Jarl Laudvisson bióz af Orkneyium. Flosi baud at fara med honom. Jarl villdi þat eigi þar sem hann átti fudr-

PUGNA BRIANICA.

Sigurdo dynastæ Hlödveris filio de Orcadibus ire paranti Flosius cum eo proficisci pollicebatur, quod quidem recusavit dynasta, quo-

sudrgaungu sína at leysa. Flosi baud XV menn af lidi sínu til ferdarinnar, enn Jarl þekktiz þat, enn Flosi fór med Gilla Jarli í Sudreyiar. Þorsteinn Síduhallzson fór med Sigurdi Jarli. Hrafninn raudi oc Erlingr af Stravmey. Jarl villdi eigi at Hárekr færi, enn Jarl letz mundu segia honom fyrstom tídindin. Jarlinn kom med allan her sinn at pálmadegi til Dyflinnar, þar var oc kominn Bródir med allan her sinn. Bródir reyndi til med forneskiv hversu ganga mundi orrostan. Enn sva geck frettin ef á faustudegi væri bariz at Brián konungr mundi falla oc hafa sigr, enn ef fyrr væri bariz mundi þeir allir falla er í móti hónom væri, þá sagdi Bródir at eigi skylldi fyrr beriaz enn faustudaginn. Fimtadaginn reid madr at þeim Kormlaudu apalgrám hesti oc hafdi í hendi pálstaf, hann taladi lengi vid þau. Briánn konungr kom med her sinn allan til borgarinnar, faustudaginn fór út herinn af borginni, oc var fylkt lidinu hvarutveggia. Bródr var í annan fylkingarminn enn Sigtryggr konungr í annan. Sigurdr Jarl var í midiu lidinu. Nú er at segia frá Briáni konungi at hann villdi eigi beriaz faustudaginn, oc var skotid um hann skialldborg oc fylkt þar lidinu fyrir framan. Ulfr hræda var í þann fylkingararminn sem Bródir var til mótz.

Q enn

quoniam illi absolvendum esset pedestre ad Romam iter; sed, Flosio rursus XV ex suis expeditionis comites offerente, hoc acceptavit. Ipse vero Flosius Comitem Gillium in Aebudas sequebatur; comitantibus Sigurdum dynastam Thorsteine Halli Sidensis filio, Rafne Rufo, Erlingo Strömeyensi. Harekum proficisci dynasta noluit, sed ei, quæ gesta fuissent, primo se renuntiaturum ostendit. Die Palmarum omni exercitu suo Dublinum tetigit: quo & Broder eum copiis omnibus jam aderat. Hoc per veneficia explorante quemadmodum abitura esset pugna, responsum oraculi sic tulerat: si die Veneris pugna foret, Brianem regem adepta victoria casurum; sin prius confligeretur, omnes, qui hunc adversum consisterent, occasuros esse, hinc Broder ante diem Veneris acie dimicandum negavit. Die Jovis quidam equo scutulato ad Kormlödam & socios advectus, contum in manu tenens (lato brevique) ferro præmunitum, diu cum illis verba fecerat. Postquam rex Brian omnibus copiis ad urbem venerat, die Veneris exercitus ex urbe educitur, & acies utrinque instruitur. Broder in altero aciei cornu, rex Sigtryggus in altero, Sigurdus vero dynasta in media acie; versabantur. De autem Briane rege dicendum, quod hic die Veneris confligere noluerit: igitur præsidio (corona) scutatorum circummuniebatur, acie sua ante id composita, hujus aciei alterum cornu tenuit Ulfus Hræda, parti Broderis adversum, A. D. 1014.

alterum

A. 1014. Þenn í annan fylkingararm var Ospakr oc synir hans, þar er Sigtryggr var í móti enn í midri fylkingunni var Kerþiálfadr, oc voru fyrir honom borin merkin. Fallaz nu at fylkingarnar, var þar orrosta allhord, geck Bródir í gegnum lid þeirra oc felldi þà alla er fremstir stódu, enn hann bitu ecki iárn. Ulfr hræda sneri þá í móti honom oc lagdi til hans þrysvar sinnum sva fast at Bródir fell fyrir í hvert sinn, oc var vid sialst at hann mundi eigi á fætr komaz, enn þegar hann feck uppstadit, þá flýdi hann oc þegar í skóginn undan. Sigurdr Jarl átti hardan bardaga vid Kerþiálfad. Kerþiálfadr geck sva fast fram at hann felldi þá alla er fremstir voru rauf hann fylkingina Sigurdr Jarls allt at merkium oc drap merkismanninn, feck hann þá til annan mann at bera merkit, vard þá enn orrosta haurd. Kerþiálfadr hió þenna þegar bana hogg oc hvern oc odrum þá er í nánd voru. Sigurdr Jarl qvaddi þá til Þorstein Siduhallson at bera merkit. Þorstein ætladi upp at taka merkit, þá mællti Amundi hvíti, berdu eigi merkit. þvíat þeir eru allir drepnir er þat bera. Hrafn inn raudi sagdi Jarl, berdu merkit. Hrafn svaradi, berdu siálfr fianda þinn. Jarl mællti, þat mun vera makligazt at fari saman karl oc kýll, tók hann þá merkit af stonginni oc kom á millum klæda sinna. Litlu sidarr var veginn

alterum Ospakus & filii sui, contra quod Sigtryggus constitit; in media vero acie fuit Kerthialfadus, eique vexilla præferebantur. Deinde concurrunt acies, fit prælium asperrimum. Broder agmen hostium perrumpit, quotquot primi steterunt, omnes dejicit; at nihil ipsi nocebat, ne ferrum quidem. Gradum in eum conferens Ulfus Hræda, ternis hominem ictibus tanta violentia ferit, uti toties corrueret, ac propius nihil factum, quam ut in pedes eniti nequiverit: sed simul atque erigi contigit, fuga se abripuit in silvam. Sigurdus dynastes acri certamine cum Kerthialfado dimicabat, qui tanto progrediebatur impetu, ut omnibus, qui primori constiterant in acie, prostratis, ipsam dynastæ cohortem ad signa usque perfringeret, atque signiferum interficeret. Tum alio, qui vexillum gereret, a dynasta substituto, vehimenti etiam discrimine conflictum est, hunc (vexilliferum) Kerthialfadus ictu peremtorio cædit, unumque post alterum proximorum. Dynasta igitur Thorsteinem Halli Sidensis filium præferre vexillum jubet: quo id sublaturo, omnes perimuntur, itaque tu Rafne Rufe, inquit dynasta, vexillum præfer. Rafn respondit: Fer tute pestem tuam. Tum dynastes: Aeqvissimum fuerit, ut sequatur senem culeus: moxque detractum e pertica vexillum inter vestimenta condidit sua. Nec multo post Amundius Albus cæditur: tum

veginn Amundi hvíti, þá var Jarl oc ſkorinn ſpióti í gegnum. Oſpakr hafdi gengit um allan fylkingar arminn, hann var ordinn ſárr miók enn látir ſonu ſina báda ádr Sigtryggr konungr flýdi fyrir honom, braſt þá flótti í ollu lidinu. Þorſteinn Síduhallzſon nam ſtadar þá er adrir flýdu oc batt ſkóþveng ſinn, þá ſpurdi Kerþiálfadr hví hann rynni eigi ſva ſem adrir? Því ſagdi Þorſteinn at ec-tek eigi heim í kvelld þar ſem ec á heima út á Islandi. Kerþiálfadr gaf honom grid. Hrafn inn raudi var elltr út á nockura, hann þóttiz þar ſiá helvítis qvalar í nidri, oc þótti honom dioflar vilia draga ſik til. Hrafn mællti þá. Runnit hefir hundr þinn Peter poſtoli til Róms tyſvar oc mundi renna it þridia ſinn ef þú leyfdir, þá letu dioflar hann lauſan, oc komz Hrafn yfir ána. Bródir ſá nú at lidit Bríans konungs rak flóttann, oc var fátt manna hiá ſkialldborginni, hlióp hann þá or ſkóginum oc rauf alla ſkialldborginna oc hió til konungſins. Sveinninn Taktr brá upp vid hendinni oc tók hana af honom oc hauſudit af konunginum, enn blódit konungſins kom á ſtúf ſveininum oc greyri þegar fyrir ſtúfinn. Bródir kalladi þá hátt, kunni þat madr manni at ſegia at Bródir felldi Brián. Þá var runnit eptir þeim er flóttann ráku oc ſagt þeim fallit Bríans konungs, ſneru þeir þá aptr þegar Ulfr

tum & ipſe dynaſta pilo transfigitur. Oſpakus fuerat per totum aciei cornu graſſatus, A. D. 1014. *multis vulneribus acceptis, filiisque ſuis ambobus perditis; cum tandem ei rex Sigtryggus fugiens cedit, tum etiam totum (hujus) agmen corripere fugam. Thorſtein filius Halli ab Sida, cæteris fugam maturantibus, curſum intermiſit, lingulam calceamenti revinciens: unde a Kerthialfado, quidni more aliorum decurreret, interrogatus: Quoniam ego, inqvit, hac veſpera meam domum non aſſeqvor, qvi in Islandia penates habeam, mox ab illo donatus eſt incolumitate. Rafn Rufus in amnem qvémdam a prementibus pulſus in imo alveo cruciamenta infernalia cernere ſibi videbatur, ipſumqve dæmonia eo rapere conari exiſtimans, Canis tuus, inqvit, Petre apoſtole, Romam bis excurrit; ac ſane, tu ſi poteſtatem dares, tertium curreret, ſic a dæmoniis dimiſſus amnem pervadebat. Interea Broder milites Brianis regis fugientibus inſtantes conſpicatus, paucis hominibus ad præſidium regium remanentibus, ſe ſilva erupit; ac toto præſidio diſturbato, regem gladio impetivit: puero Tacto manum, qvam ſub ictum exporrexerat, regiqve caput amputantur, ſanguis autem regius adſpergebatur trunco pueri membro, eiqve ſtatim obducta cicatrix eſt. Tum Broder ſic exclamare; referat homo homini Brianem a Brodere dejectum. Mox ad eos, qvi in tergis fugientium hærebant, decurritur, iisqve occaſus regis nunciatur, reverſi oppido*

A.D. 1014. Ulfr hræda oc Kerþiálfadr, slógu þeir þá hríng um þá Bródur oc felldu at þeim vidu, var þá Bródir hondum tekinn. Ulfr hræda reist á honom qvidinn oc leiddi hann um eik oc rakti sva or honom þarmana, oc dó hann ecki fyrr enn allir voru or honom raknir, menn Bródur voru allir drepnir. Sidan tóku þeir lík Briáns konungs oc biuggu um, haufud konungsins var gróid vid bolinn. XV menn af brennumonnom fellu í Briáns orrostu, þar fell oc Halldorr son Gudmundar ins ríka óc Erlingr af Straumey. Faustudaginn langa vard sá atburdr á Katanesi at madr sá er Daurrudr het geck út, hann sá at menn ridu XII. saman til dýngiu einnar, oc hurfu þar allir, hann geck til dýngiunnar, hann sá í glugg er á var, oc sá at þar voru konnr inni oc hofdu færdan upp vef, mannahofut voru fyrir kljána, enn þarmar or monnum fyri viptu ok garn. sverd var fyrir skeid, enn aur fyrir hræl, þær qvádu vísur þessar, enn hann nam.

do Ulfus Hræda & Kerthialfadus Broderem ac suos corona circumdant ingesta in eos undique materia, sic Broder vivus capitur, rescindit homini ventrem Ulfus Hræda, tum arbori circumducit eum, itaque omnia intestina corpori extrahit; nec ille prius exspirabat, quam penitus fuit eviſceratus, milites Broderis ad unum contrucidantur. Dein corpus regium accipiunt & componunt (curant). Caput autem regis cum trunco coaluerat. Ceciderunt in pugna Brianina XV incendiarii; item Halldorus filius Gudmundi Potentis, & Erlingus a Strömeya. Die supplicationis (vulgo) longa, is in Katanesia expetiverat casus, ut homo quidam, cui Dörrudo nomen erat, foras egressus, XII numero equites tumulum quendam petentes viderit:. quibus illic e conspectu omnibus abreptis, ad tumulum progressus per foramen, quod inerat, introspiciens, foeminas intus constitutas vidit, quæ telam exorsæ, humanis capitibus pro trama & stamine, gladio pro spatha, sagita pro pectine utebantur:· & quæ sequuntur, carmina cecinerunt, illo discente.

Vitt er orpinn
Fyrir valfalli
Rifs reidi sky
Rignir blódi.
Nú er fyr geirum
Grár uppkominn
Vefr verþiódar
Þer er vinur fulla.
Raudum vefti
Randversk blá.

Ampla constituta sunt,
Stragis anteludia,
Vela texori jugi.
Sanguinem nubes pluit.
Pila nunc præsagiens
Leucophæa tollitur
Tela militantium;
Hæcce complicet replens
Quam rubro subtemine
Lividoqve, prælii.

Siá *Ista*

A.D. 1014.

Siá er orpinn vefr
Yta þaurmum
Ne hardkliádr
Haufdum manna.
Erv dreyrrekin
Davrr at ſkauptum
Iarnvardr ylli
Enn aurum hræiar
Skulom ſlá ſverdum
Sigrvef þenna.

Iſta, tela texitur
Ilibus mortalium:
Atqve ſtricte pendulis
Tenſa temporibus virûm eſt:
Sunt cruore perlita
Spicula inſilium loco,
Eſtqve ferratum jugum,
Sed ſagittæ pectinum,
Enſibus denſabimus
Textila hoc victoriæ.

Gengr Hilldr veſa
Oc Hiorþrimul
Sangrídr Svipul
Sverdum tekna.
Skapt mun gneſta
Skiolldr mun breſta
Mun hialmgagarr
I hlíf koma.

Prodit Hillda texere,
(Prodit) & Hiörtbrimula,
Sangrida (atqve) Svipula,
Expediti enſibus.
Fiet, haſtile ut crepet,
Parma diffringatur, (&)
Caſſidi hoſtis (pectorum)
Incidat munimini.

Vindum vindum
Vef darradar
Sá er úngr kongr
Atti fyri.
Fram ſkulum ganga
Oc í folk vada
Þar er vin-r vcrir
Vapnum ſkipta.

Torqveamus telam, (age)
Torqveamus, bellicam:
Iſta rex quam junior,
Deſtinata, abſolveret.
Proferamus (jam) gradum,
Et ruamus in ordines,
Noſtri amici qvo loco
Arma (cum hoſti) conferunt.

Vindum vindum
Vef darradar
Oc ſiſlingi
Sídan fylgium.
Þar ſiá bragnar
Blódgar randir
Gunnr oc Gavndul
Þær er grami fylgdu

Torqveamus telam, (age)
Torqveamus bellicam.
Atqve regi, poſtmodo
Hæreamus dexteræ.
Sentiunt eâ viri
Scuta tincta ſangvine,
Gunna necnon Göndula
Qvâ adfuere Principi.

A. D. 1014.

Vindum vindum
Vef darradar
Þar er ve vada
Vífiea manna
Látum eigi
Líf her ſparaz
Eiga valkyriur
Vals um koſti.

Þeir munu lydir
Laundum ráda
Er útſkaga
Adr um bygdu
Kved ec ríkum gram
Rádinn dauda
Nú er fyrir oddum
Iarlmadr hníginn.

Oc munu Irar
Angr um bída
Þat er alldri mun
Ytum fyrnaz.
Nú er vefr ofinn
Enn vaullr rodinn
munu um lönd fara
Læſpioll gota.

Nú er ógurligt
Um at lítaz
Er dreyrug ſky
Dregr med himni
Mun lopt litat
Lyda blódi
Er ſpár varar
Springa kunnu.

Torqveamus telam, (age)
Torqveamus, bellicam:
Arma qvippe cum ruunt
Bellicoſorum virum
Ne ſinamus (hoſtium)
Heic ſaluei parcier:
Stragis electricibus
Stragis optio data eſt.

Fiet, ut gentes eæ
Imperent regionibus,
Ultimas qvæ lingulas
Incolebant antehac.
Dico regem, qvi potens
Rebus, addictum neci:
Jamqve per vim cuſpidum
Vir dynaſtes occidit.

Atqve genti Hibernicæ
(Tantus accidet dolor,
Nunqvam ut is mortalibus
Exoleeturus fiet.
Tela jam pereexta, ſed
Campus evaſtatus eſt.
Orbis oras per ruet
Læſio pacis virum.

Nunc reformidabile eſt
Ferre circum lumina:
Qvod cruoribus graves
Cæla per nubes agunt.
Tinctus aer (tunc) erit
Militantum ſangvine,
Noſtra qvum prænuntia
Comprobarier qveunt.

Vel Dulcter

Vel kvedu ver
Um konung úngan
Sigrhlióda fiold
Syngium heilar.
Enn hinn nemi
Er heyrir á
Geirhlióda fiold
Oc gumum skemti.

Dulciter sustollimus
Regi de, qui junior,
Multiplex epinicium.
Sit canentibus bene!
Ille vero discat, hic
Qui dat audientiam,
Multa carmina bellica;
Hisqve deiectet viros.

Ridum hestum
Hart ùt berum
Brugdnum sverdum
A brot hedan.

Devehamur equis, cito
Auferamus (jam) foras
(Nostra), ductis ensibus,
In viam hocce de loco.

Rifu þær þá ofan vefinn oc í sundr, oc hafdi hver þat er hellt á Geck Daurrudr nú í brot frá glugginum oc heim, enn þær stigu á hesta sína, oc ridu VI í sudr, enn adrar VI í nordr. Slíkan atburd bar fyrir Brand í Færeyium Gneistason. Á Islandi at Svínafelli kom blód ofan á messu havkul prestz faustudaginn langa sva at hann vard or at fara. At Þuattá sýndiz presti á faustudaginn langa siávardiúp hiá altarinu, oc sá þar í ógnir margar, oc var þat lengi at hann mátti eigi sýngia tídirnar. Sá atburdr vard í Orkneyium at Hárekr þóttiz siá Sigurd Jarl, oc nockura menn med honom, tók Hárekr þá hest sinn oc reid til mótz vid Jarl, sá menn þat at þeir funduz oc ridu undir leiti nockut, enn þeir sáz alldri sidan oc engi aurmul funduz af Háreki. Gilla Jarl í Sudreyium dreymdi

Mox textum detrahunt ac dirumpunt foeminæ, suam qvæqve partem qvam tenuerat, auferentes: &, Dörrudo jam a foramine regresso domum, inscendunt in eqvos, & VI in austrum, reliqvæ VI in boream abeunt. Talis quoqve visio apparebat Brando Gneistii filio in Færeyis. In Islandia Svinafelli tantum sangvinis humerali sacerdotis die supplicationis longa sacra celebranti incessebat, ut exuere cogeretur. Thvattaæ qvoqve eadem die sacerdoti profundum maris existere propter altare visum, in qvo multa terricula conspicatus, diu hæserat, ita ut rem divinam facere non potuerit. In Orcadibus is expetebat casus, ut Harekus dynastam Sigurdum & aliqvot cum eo homines cernere sibi visus, adhibito eqvo dynaste obviam veheretur, hiqve alii convenire visi, & ad locum aliqvem, qvi prospectum clausit, succedere; at nunqvam inde conspecti sint, nec ullæ qvidem reliqviæ Hareki repertæ.

A. D. 1014. dreymdi þat at madr kæmi at honom oc nefndiz Herfinnr, oc qvez kominn af Irlandi. Jarl þóttiz spyria þadan tídinda, hann qvad vísu þessa.

Var ec þar er bragnar borduz
Brandr gall á Irlandi
Margr þar er mættuz taurgur
Málmr gnast í dyn hiálma,
Svipun þeirra frá ec snarpa
Sigurdr fell í dyn vigra
Adr redi ben blæda
Brián fell oc hellt velldi.

Þeir Flosi oc Jarl tauludu margt um draum þenna. Viku sidrarr kom þar Rafn inn raudi oc sagdi þeim tídindin aull or Briáns orrostu, fall konungs oc Sigurdar Jarls oc Bródur oc allra vikinganna. Flosi mællti: hvat segir þú mer til manna minna? þar fellu þeir allir segir Rafn, enn Þórsteinn mágr þinn þág grid af Kerþialfadi oc er nú med honom. Flosi sagdi Jarli at hann myndi í brot fara, eigum ver sudrgaungu af honom at inna. Jarli bad hann fara sem hann villdi oc feck honom skip oc þat sem hann þurfti oc silfr mikit, sigldu þeir þá til Bretlandz oc dvolduz þar um stund.

tæ. In Aebudis Comes Gillus hoc somniavit, venire ad se hominem, qui se a) *Herfinnum nominari, & ex Hibernia venisse innuit; & eo Comite, ut hic existimabat, rogatus quæ acta illic essent, hoc carmen protulit:*

Ipse fui præsens homines ubi conseruere
Prælia, personuit gladius regione in Hiberna.
Multa, ubi scuta (virum) congressa fuere metalla
Stridula clangebant, galearum in murmure fusco.
Istorum didici conflictum qvam vehementem,
Sigurdus cecidit strepitantibus ensibus, ante
Letificas datum erat plagas manare cruore,
(Qvam) occubuit Brian, fueratqve potitus arena.

De hoc somnio Flosius & Comes multa disputabant. Septem post diebus veniens eo Rafn Rufus, omnia quæ in prælio Brianico gesta fuerant, narravit; occasum regis, & Sigurdi dynastæ, & Broderis piratarumqve omnium. Tunc Flosius: De meis vero sociis qvid refers? Universi acie occubuerunt, ait Hrafn; Thorsteinn autem levir tuus, incolumitatem a Kerthialfado adeptus, nunc cum eo versatur. Significante Flosio Comiti se abiturum (dicenteqve). Est nobis pedestre iter Romam absolvendum; Comes ei, qvo libitum esset ire jusso, navim & alias res necessarias, magnumqve argenti numerum dedit. Dein Flosius cum suis ad terram Britonum velificati, hic aliqvamdiu morabantur.

KNUTR REX

a) *Alii* Herfidr.

KNUTR KONUNGR FECK EMMU.

Adalradr Engla konungr vard sottdaudr, þat sama haust edr sumar, er Knutr konungr kom med her sinn til Englandz: hann hafdi þá verid konungr í Englanndi XVII vetr oc XX: Enn Emma Drotning, kona hans, biótz þegar eptir andlat hans, at fara af lanndi a brott: hon ætladi at fara vestr til Vallandz, a fund brædra sinna, Vilhialms oc Rodbertz: þeir voru Jarlar í Vallanndi: fadir þeirra var Rikardr Rudu Jarl, Rikardsson, Vilhialms sonar Langaspiotz: hann var son Göngu-Hrolfs, þess er vann Nordmandi: hann var sonr Raugnvaldz Mæra Jarls. Menn Knutz konungs urdu varir víd för Emmo Drotningar. Þá er hon oc menn hennar voru bunir til hafs, þá komu þar menn Knutz konungs, oc toku skipid oc allt þat er a var: fluttu þeir Drotningu a fund Knutz konungs: oc var þat rad höfdingia med konungi, at Knutr konungr skylldi fá Emmu Drotningar: oc sva var giört.

REX CANUTUS EMMAM UXOREM DUXIT. A. D. 1014.

Eodem tempore autumnali, vel æstivo, quo cum exercitu Canutus in Angliam venit, Adalradus Anglorum rex, postquam triginta octo annos sceptra Angliæ tenuerat, morbo vitam finivit. Tum defuncti conjux regina Emma e terra abitum paravit, cogitans in Flandriam ad fratres suos Vilhelmum & Robertum, Flandriæ Comites, se conferre. Horum pater fuerat Richardus, comes Rudensis, filius Richardi ejus, qui Vilhelmo Longa-hasta genitus, avum habuerat Gongu-Hrolfum, Normanniæ domitorem, parente quondam editum Rögnvaldo, comite Mairensi. Suboluit Canuti militibus istud Emmæ propositum; ideoque illam observantes, cum jam, comitatu suo cincta, parata esset ad navigationem, accedunt inopinantem, interceptamque cum navibus, & universo earum onere ad regem suum adducunt. Eam vero rex Canutus, ex consilio suorum procerum, matrimonio sibi jungit.

FRA JATMUNDI KONUNGI.

Eptir andlat Adalrads Konungs voru til konunga teknir synir hans oc Emmu Drotningar. Jatmundr enn sterki var ellztr: annarr Jatgeirr: þridi var Jatvigr fiordi

DE REGE JATMUNDO.

Mortuo rege Adalrado, filii ejus, ex Emma regina procreati, reges eligebantur, quorum natu maximus erat Jatmundus Robustus, secundus Jatgerus, tertius Jatvigus,

A. D. 1014. fiordi Jatvardr enn godi: Jatmundr konungr dro nu her saman mikinn, oc for sidan í moti Knuti konungi, oc vard fundr þeirra þar sem heitir at Skorsteini, oc var þat en frægsta orrosta, er i þann tima hafdi verid: vard þar ed mesta mannfall i hvarutveggia lidi. Jatmundr konungr reid fram i midian Dana her, oc kom sva nær Knuti konungi, magi sinum, at hann nadi til hans med sverdzhöggvi: Knutr konungr skaut skilldinnm fram yfir hals hestinum, er hann sat á: enn höggid kom á skiölldinn, litlu fyrir nedan mundridann: oc vard höggid sva mikid, at sunndr tók skiölldinn, oc fyrir framan fódulinn klauf hann í sundr hestinn í bogunum: enn þá sottu Danir at honum sva fast, at Jatmundr konungr sneri þá aptr til sinna manna, oc hafdi hann þá þo adr drepid marga Dani, enn Konungrinn vard litt sarr edr ecki. Enn er Konungrinn hafdi framm ridit allt fra lidi sinu, þá hugdu hans menn at hann mundi vera fallinn, er þeir sá hann hvergi, oc kom þá flotti í lid þeirra; enn sumir sa at hann reid undan Daunum: flydu þá allir þeir er þat sa, enn Konungr kalladi hatt, bad herinn aptr snua, oc beriaz, enn þá let engi sem heyrdi: flydi þá allr herrinn, oc vard þá einna akafazt mann-fallid, oc raku Danir flottann allt til nætr. Sva segir Ottarr Svarti:

FRA

gus, quartus Jatvardus Bonus. Jatmundus ingentem exercitum congregat, regique Canuto obviam procurrit. Congressique ad locum, qvi Skorstein dicitur, summis utrinqve viribus conflixerunt, adeo ut hæc pugna ex utriusqve partis strage inter clarissima tunc temporis prælia æstimaretur. Rex Jatvardus in medium Danorum exercitum eqvo incitato invectus est, ac a rege Canuto vitrico suo tam prope abfuit, ut gladii ictu eum propemodum tangeret: quem vero ictum rex Canutus scuto, collo eqvi, cui insidebat, imposito, excepit. Tanto autem rigore gladium vibraverat Jatmundus, ut scutum, quod gladius infra manubrium impactus percusserat, discaret, collumque eqvi ante ephipium diffinderet. Tunc confertim Dani tamqve acriter eum impetebant, ut ad suos reverti, postqvam multos Danorum occidisset, cogeretur, Canuto rege parum aut nihil vulnerato. Cumqve inter hæc Jatmundus longius ab exercitu suo digressus esset, existimabant sui ipsum occubuisse, nusqvam animadversum, ideoqve fugam capessebant. Horum nonnulli, cum regem, Danis insequentibus, eqvo fugere oculis deprehendunt, etiam ipsi fugiunt. Rex autem alta voce inclamat suos, ut ad prælium revertantur: qvod nemo non sibi haud perceptum simulat, totusqve adeo exercitus in fugam se conjicit. Tumque maxima strages fieri, Danis fugientem multitudinem ad noctem usqve persequentibus. De qvo Ottarus Niger ita canit:

DE

Ungr fylkir letztu Engla
All-nær Thesu falla
Flædi diupt of dauda
Dik Nordimbra likum.
Svefn braut svörtum hrafni
Sunnarr hautudr gunnar
Olli soþn enn snialli
Sveins maugr at Skorsteini.

"*Rex juvenis Anglos* A. D. 1014.
"*Prope Thesam graviter concidisti.*
"*Northmumbrorum fluvius, morsuorum*
"*Oppletus cadaveribus, exundabas.*
"*Infestis signis, longius in austrum progressus*
"*Bellator, interrumpebas nigro corvo somnum.*
"*Pugnam ciebat acer ille*
"*Svenonis filius ad Skorsteinum.*

FRA ULFI JARLI.

Ulfr Jarl var þá, enn sem optarr, í fremra lagi af mönnum Knutz konungs, oc fylgdi lengst flottamonnum: hann var þá komin í skog nockurn, sva þröngvan, at hann komz eigi or, á allri nottinni, fyrr enn lysti. Þá sá hann á vollum nockurum fyrir ser, at smali var rekinn, oc sveinn nockurr vel frumvaxta rak fed. Ulfr Jarl geck at sveininum, oc heilsadi honom, oc spurdi hann nafns: hann svaradi: ec heiti Gudini, edr ertu af Knutz mönnum: Ulfr Jarl svarar: Ec em einn vist af leidangrs mönnum hans, eda hversu langt er nú til skipa varra? ecki veit ec, seger sveinnin, at þer Danir megit venta af oss lidsinnis, oc hafi þer Danir helldr til annars giört. Ulfr Jarl svarar: Þiggia munda ec nu þo af þer, sveinn, ef þu villdir greida ferd minna til skipa varra: sveininn svarar, þu hefir beint þvers farid fra skipunum, oc langt a land upp, yfir eydiskoga: enn þer Knutz menn erud ecki

DE COMITE ULFONE.

Hoc prælio quemadmodum sæpe alias, Ulfo comes inter Canuti regis primipilos dimicavit princeps, fugientesque quam longissime secutus est. Tandem in sylvam quandam incidit, tam densam arboribus, ut tota nocte exitum ex ea frustra quæreret. Illucescente vero die vidit in propinquo quodam campo puerum ætate adultiore, pecora agentem. Hunc accedit, salutatumque, qui nominis haberet, rogat. Respondit puer: Gudinus ego appellor: Tu vero, qui interrogas, an forte unus es militum regis Canuti? Regessit Ulfo: Sum quidem ex istorum numero: quanto vero a navibus Canuti spatio absim, mihi aperias, quæso. Ad quæ puer: Vos Dani a nobis nullo potestis beneficia exspectare, alia omnia promeriti. Comes Ulfo pergit: Nihilominus a te, puer, petam, ut quæ ad naves nostras ducat, mihi viam indices. Hinc puer, Tu quidem a navibus multum abes, longumque & transversum per inhospitas sylvas iter fecisti. Vos vero Canuti regis milites ingens apud omnes

A. D. 1014. ecki her miök þockadir af landz mönnum, oc þickir mönnum þo nockur varkunn til þess: enn nu er spurt í bygdina mannfall þat er vard í gær at Skorsteini, oc muntu hvergi grid hafa, oc engi annarra Knutz manna, ef bændr finna þik, oc sva ef nockurr helpr þer: enn sva litz mer a þik, sem gott mannkaup muni i þer vera, oc ætla ec þik annan mann, enn þu segir. Ulfr Jarl tok þá gullhring af hendni ser, oc segir; gefa vill ec þer hring þenna, ef þu vill fylgia mer til varra manna: Gudini sa upp a hann um stund, oc mællti seint; eigi vill ec þiggia hringinn, enn freista mun ec nu, ef ec ma koma þer til þinna manna, oc vill ec helldr eiga undir þer launin, ef ec fæ þer nockvad vid holpid: enn ef þer verdr þetta at ongri lidveizlu, þa er ongra launa fyrir vert: skalltu nu fyrst fara heim til fedr mins med mer: þeir giördu sva. Enn er þeir komu til bæiarins, gengu þeir til litlu stofu, oc let Gudini setia þar bord, oc var þar gefinn godr dryckr. Ulfr Jarl sa, at þar var godr husa bær, oc vel buinn: þá kom til þeirra bondi oc hus-freya: þau voru fridir menn bædi, oc vel buinn: fögnudu þau vel gestinum, oc sat hann þar um daginn, oc var hann þar í enum bezta fagnadi. Enn í móti nott, voru þar buinir tveir godir hestar med enu bezta reidi, þá mælltu

omnes terræ hujus habitatores & incolas, odium, maximo, ut nobis videtur, vestro merito contraxistis. Jamque per omnia rura & habitacula strages, qvæ apud Skorsteinum heri contigit, nuntiata est, credamque nec te, nec alios quosqvam Canuti milites usqvam pacem habituros, si rustici in te incidant, nec eum, qui tibi aliqvod auxilium præstiterit, tutum esse futurum. Interim talis mihi tu videris, qui virtute polleas, neque dubito alium te esse qvam dicis. Tunc comes digito annulum aureum detraxit, atqve hunc, inqvit, tibi annulum donabo, si me ad nostros ducere velis. Gudinus eum aliqvantulum intuens, tandem dixit: annulum accipere nolo; tentabo tamen, an te ducere ad tuos possim, qvod si præstitero, tuum erit deinde pro arbitrio remunerari. Sin vero nulli tibi adjumento opera mea fuerit, nulla remuneratione dignus ero. Age vero primum parentem meum adeamus. Consentiens Ulfo eum ad patris domicilium sequitur, qvo eum veniunt, exiguum cœnaculum intrant, ubi Gudinus curat mensam instrui, potumqve egregium comiti offerri. Videt Ulfo ditius instructum domicilium, ac, dum accumbitur, herum & heram, parentes Gudini, ad se ingressos, utrumqve forma & habitu liberali, bene ac nitide hospitem excipientes, qui totum ibi diem hilare jucundeqve consumsit. Sub noctem, postqvam sterni duos equos egregios ac insignibus parari phaleris curarant, demum his Ulfonem verbis

mælltu þau vid Ulf: far þu nu vel, oc fæ ec þer i henndr son minn, þann einn er ec a: nu bid ec, ef þu kemr til Konungsins, oc megi þin ord nackvad stanndaz, þa kom þu honum þar i þionösto, þvi at ecki ma hann med mer vera sidan, ef varir lanndzmenn spyria, at hann hasi þer a brott fylgt, hversu sem ec fæ unndan styrt. Ulfr Jarl het þvi, at koma Gudina þar i sveit. Gudini var enn fridazti madr synum, oc vel ordi farinn: bondi nefndiz Ulfnadr. Þeir Ulfr Jarl rida þa nott alla, enn at morni, þa er liost var ordit, koma þeir til skipa Knutz Konungs, oc voru mann a lanndi uppi: enn er þeir sa Jarl oc kenndu hann, þa hursu menn þegar at honum allir, oc fögnudu honum, oc þottuz hann or heliu heimt hafa: þvi at hann var sva vinsæll at allir unnu honum hug-astum. Vard Gudini þá ed fyrsta viss hverium hann hafdi fylgt. Jarl setti Gudina i hasæti hia ser oc hellt hann at öllu sem sialfan sic, eda son sinn: oc er þat skiotazt af at segia, at Jarl gipti honum Gydu systur sina: oc med fram-kvæmd Ulfs Jarls oc lidveizlu, þá gaf Knutr Konungr Gudina Jarldom fyrir sakir Ulfs Jarls mags sins, voru synir þeirra Gudina oc Gydu, Haralldr Engla konungr, oc Tosti Jarl er kalladr var Trespiot, Mauru-kari Jarl, oc Val-þiofr Jarl, oc Sveinn Jarl

bis compellant: Tu quidem nunc valeas; filium autem nostrum, quem unicum habemus, tibi tradimus, hoc petentes, ut ubi ad regem veneris, si tua istud effici autoritate queat, in ejus familiam recipiendum cures: Namque hic morari non potest, si inaudiverint nostrates, per eum te ad naves ductum esse; de nobis interim quid futurum sit, certum est fortunæ committere. Facturum se, quod rogabant, Ulfo promittit. Erat Gudinus venusta facie & loqvela promtus. Pater ipsius Ulfnadus nominabatur. Comitatus ergo Gudino comes Ulfo tota ista nocte eqvitando iter facit, qui lucescente die ad naves regis Canuti perveniunt. Milites regii in terram exscenderant, qui viso agnitoqve comite, singuli gaudio exultantes, tanqvam ex orco revocatum excepere: tantopere enim omnibus amabatur, ut adverso ab eo animo qui esset, nemo inveniretur. Tum primum Gudinus vidit, cui viam monstraverat. Gudinum in excelsa sede comes sibi proximum locat, eumqve eodem cultu & honore affici, ac se ipsum filiumve suum curat. Denique sororem ei suam, Gydam nomine, dat conjugem. Rex etiam Canutus comitis Ulfonis, affinis sui, auctoritate motus, Gudinum ad dignitatem comitis evexit. Filii Gudino & Gydæ extitere, Haraldus rex Angliæ, comes Tosto cognomento hasta lignea, *comes Mörukauro, comes Valthiofus, &* A. D. 1014.

A. D. 1014. Jarl: þadan er mart stormenni komid i Englanndi, oc i Danmörku, oc i Sviariki, oc austr i Gardariki: eru þat konunga ættir i Danariki. Gyda het dottir Haralldz konungs Gudinasonar: hana atti Valldamarr, Konungr i Holmgardi: þeirra son var Haralldr konungr: hann atti dætr II, er enn skal fra segia sidarr.

& comes Sveno: unde multi in Anglia, Dania, Svecia & Russia magnates, nec non quidam Daniæ reges genus suum deducunt. Filia Haraldo Gudini filio, Gyda nomine fuit, quam Valdemarus Holmgardiæ rex uxorem duxit, ex quo conjugio natus. Haraldus rex duas habuit filias, de quibus inferius dicetur.

FRA KNUTI KONUNGI.

Knutr Konungr atti adra orrosto vid borg þa, er Brandfurda heitir: vard þar enn mikil orrosta, oc hafdi Knutr konungr sigr, enn Adalrads synir flydu, oc letu lid mikid, enn Danir brutu borgina. Sva segir Ottarr Svarti:

Fiörlausa hyk Frisi
Fridskerdir þeir giördu
Brautu med bygdu setri
Brandfurdu þer rannda
Jatmundar laut unndir
Æt-nidr göfugr hættir
Danskr herr skaut þa dörrum
Drott er þu rakt flotta.

DE REGE CANUTO.

Rex Canutus ad urbem Brand-furdam dictam iterum prælium commisit, quo victor, filios Adalradi fugavit, magnamqve exercitus eorum partem prostravit, urbs vero a Danis solo æqvata. De hoc ita Ottarus Niger:

"Exanimes & jam jam exspirantes existimo esse
"Frisones, qvi pacem violarunt.
"Brandfurdam cum habitaculis solo æqvasti.
"Nobilis Edmundi filius sese tibi subjiciens
"A pugna destitit.
"Tela emittebat Danorum exercitus,
"Cum tu interea fugientes prosequeris.

Knutr Konungr atti ena þridu orrostu vid Adalradssyni, þar sem heita Assatun: vard þar enn mikil orrosta: þat er nordr fra Danaskogum. Sva segir Ottarr:

Tertium Canutus cum Adalradi filiis conflixit. Locus Assatun dicitur: qui locus Danorum sylvam a borea attingit. Ottarus ita:

Skiölldungr vantu und skilldi
Skæru verk enn sterki
Feck blod-trani bradir
Brúnar Assatunum:
Váttu enn valfall þotti
Verdung jöfurr sverdi
Nær fyrir nordan storu
Nasngnog Dana skoga.

"*Peregisti, rex fortis, sub scuto tuo* A. D. 1014.
"*Acerrimæ cædis opus.*
"*Apparavit ensis dapes*
"*Corvis nigras Assatunis*
"*Ad sylvam Danicam, boream versus,*
"*Gladio tuo, Rex inclyte, stragem edidisti:*
"*Ceciditque in eo prælio*
"*Magna aulicorum turba.*

Knutt Konungr atti ena fiordu orrostu vid Jatmund Konung oc þa brædr i Nordrvik: vard þar enn mikil orrosta, oc mannfall mikit:, oc feck Knutr Konungr sigr, enn Adalrassynir flydu. Sva segir Ottarr Svarti:

Qvarta pugna cum Jatmundo fratribusqve ejus pugnata Canuti regi ad Nordvicum: ubi summis utrinqve viribus certatum est, ingensqve strages edita. Canutus superior, Adalradi filios in fugam dedit, de qvo Ottarus Niger:

Biodr vantu bryniur raudar
Blidr stor giafa sidan
Lætr þu önd adr þrek þrioti
Þinn fyrir Nordvik innan.

"*Magnorum hilaris donorum largitor,*
"*Rubras etiam loricas deinde perfregisti.*
"*Erit qvidem tempus, qvo animam exhalabis;*
"*Verum nunqvam illa tua*
"*In Nordvicensi agro parta intercidet gloria.*

FRA KNUTI KONUNGI.

Sidan helldr Knutr Konungr öllu lidinu til Tempsar; þviat hann spurdi at Jatmundr Konungr oc þeir brædr hefdi flyid til Lundunaborgar. Enn er Knutr Konungr kom til Tempsarmynnis, þa sigldi þar af hafi utan Eirikr Jarl Hakonarson, magr hans, oc funduz þeir þar, oc laugdu sidan upp i ana med herinn. Sva segir Þordr Kolbeinsson i Eiriks drapu:

DE CANUTO REGE.

Deinde omnem exercitum Canutus ad Tamesin fluvium duxit. Audiverat enim regem Jatmundum fratresqve ejus Londinum se contulisse. Cum vero advectus rex Canutus ad ostium Tamesis veniret, classem & eo comes Erikus Haqvini filius, affinis regis, appulit. Ab hoc itaqve occursu ostium amnis cum exercitu ambo ingrediuntur. Qvemadmodum hac de re Thordus Colbeni canit in suo de comite Eirico carmine:

Itr "*In*

A. D 1014.

Itr þrifuz iöfra blæti
Egg-vedrs i för feggia
Skeid hellt mörg i modu
Mis-laung fem ec viffa,
Bla-dyrum hellt baru
Brandz fva nær landi
Ullr at Enfka völlu
Ættftorr fia knatti.

"*In illa fortium virorum expeditione*
"*Egregie procedebant regum negotia.*
"*Multæ magnitudineqve difpares intrabant,*
"*Enfem vibrans (i. e. Rex bellicofus) undivaga*
"*Cærulei coloris monftra (i. e. naves)*
"*Adeo prope terram agebat,*
"*Ut fubjectos late oculis fuis campos Angliæ*
"*Habuerit generofus.*

Oc enn kvad hann:

Enn at eyrar grunni
Endr fkiölldungum renndi
Sa er kiöl-slodir knidi
Knutr langfkipum utan
Vard þar er villdu fyrdar
Varrlad koma badir
Hialmads Jarls oc hilmis
Hægr fundr a þvi dægri.

Porro Ottarus:

"*Denuo in vadis terræ adverfus reges tendebat*
"*Maris fulcator Canutus,*
"*Ex terris procul diffitis, navibus vectus.*
"*Evenitqve, ut in loco, multum defiderato*
"*Uterqve exercitus conveniret,*
"*Galeati nimirum comitis ille, ac regius,*
"*Et illo qvidem die congreffus fieret*
"*Pacatus & amicabilis.*

Ut i anni Temps var giörr kaftali mikill, oc fettr þar i herr mannz til landvarnar, at eigi fkylldi fkipa herr mega upp fara i ana. Knutr Konungr lagdi þegar upp i ana oc at kaftalanum, oc bardiz vid þa, enn Enfkir menn lögdu fkipa her fra Lundunum, oc ut eptir anni, laugdu þeir til orroftu vid Dani. Sva fegir Ottarr Svarti:

Erat in fluvio Tamefi propugnaculum factum, cui ad defenfionem terræ impofiti milites, ne in fluvium claffis penetraret. Rex tamen Canutus fluvium protinus claffe intrat, caftellumque adit oppugnatqve. Angli fecundo fluvio fuam Londino claffem educunt, atqve ad pugnandum cum Danis inftruunt. De qvo etiam audiatur Ottarus Niger:

Framm geck enn þar er unnud
Almr gall hatt vid malma
Knattud slæ þar enn fottud
Sverd kaftala verda:
Uunud gigi miuni
Ulfs gómr veit þat romu
Hnackir hleypi blacka
Hlunz a Temps-ár grunni.

"*Progrediebatur adhuc, ubi viciftis.*
"*Arcus magno fonitu æreas loricas feriebat,*
"*Cum caftella oppugnaretis,*
"*Hebetabantur gladii.*
"*Nihilominus victoriam inde reportafti,*
"*Velocis inftructiqve carinæ*
"*Eqvi (i. e. navis) moderator,*
"*In vadis Tamefis.*

AT- DE

ATSOKN KNUTZ KONUNGS.

Knutr Konungr lagdi öllum hernum upp til Lunduna borgar, oc setti þar um herbudir sinar: sidan veittu þeir atsokn til borgarinnar, enn borgar menn vördu. Sva segir i flocki þeim, er þa var ortr af lids mönnum.

Hvern morgin ser horna
Hlöck a Tems-ár backa
Skala hanga ma hungra
Hræ-skod liiud blodi
Hve sigr-fikinn fækir
Snarla borgar karlaˢ
Dynr a Brezkar bryniur
Blod-is Dana visi.

Oc enn þetta:

Margr ferr ullr i illan
Od-sennu dag þenna
Frar þar fæddir varum
Fornan serk um bornir:
Enn a Enskra manna
Ölum giod hnikars blodi
Ært mun skalld i skyrtu
Skædaz hamri fæda.

Knutr Konungr atti þar marga bardaga, oc feck eigi unnid borgina.

DE OPPUGNATIONE A CANUTO REGE PERACTA. A. D. 1014.

Porro Canutus rex exercitum omnem Londinum duxit, castraqve ad urbem metatus est. Inde oppugnare urbem coepit, civibus eam strenue defendentibus: veluti ex versibus, tunc ab exercitu cantatis, discitur:

"Qvovis mane cernitur corvus in ripa Tamesis,
"Neqve est, qvod famem pertimescat avis Odini,
"Dum videt corpora sangvine rorantia,
"Et qvam acriter a victoria cupido exercitu
"Ad pugnam cives provocantur,
"Qvantoqve cum strepitu
"Sangvineus Regis Danorum grando
"Loricis insonat Britannorum.

Porro & hoc:

"Hodie, qvo prælium committendum,
"Multi milites, procul a natali solo,
"Infaustam illam tunicam & veterem induent.
"Notqve Anglorum
"Sangvine Odini milvum nutrimus.
"Qvid? qvod ipse hac canens poeta,
"Loricatus & alacer pugnæ se immiscebit.

Attamen, multis licet præliis ibidem commissis, rex Canutus in expugnanda urbe frustra fuit.

FRA EIRIKI JARLI.

Eirikr Jarl for med suman herinn upp a lanndit, oc fylgdu hönum þingamenn, S i moti

DE COMITE ERICO.

Ericus comes cum nonnulla exercitus parte in terram descendit, eumqve contra Anglos copiæ

A.D. 1014. i moti Enſkum her, er fyrir red Ulfkell Snillingr, mikill höfdingi: vard þar orroſta, oc hafdi Eirikr ſigr, enn Ulfkell flydi. Sva ſegir Þordr Kolbeinsſon i Eiriks drapu:

Gullkennir let gunni
Grædis heſtz fyrir veſtan
Þundr va leyfr til lannda
Lundun ſaman bundit;
Feck regn-þorinn recka
Rönn af þingamönnum
Æglig högg þar er eggiar
Ulfkels bla ſkulfu.

Adra orroſtu atti Eirikr Jarl a Hringmaraheidi vid Enſkamenn. Sva ſegir Þordr Kolbeinsſon:

Hvatr vann freyr a flotta
Folk-ſtafns ſa er gaf hrafni
Sollid holld ne ſialldan
Sverdz eggia ſpor leggi
Sniallr let opt oc olli
Eirikr bana þeirra
Rand Hringmaraheidi
Herr Engla lid þverra.

Þar hafdi Eirikr Jarl ſigr. Enn ſegir Þordr Kolbeinsſon fleira i Eiriks drapu fra hernadi hans:

Gengu

copiæ ſociales ſecutæ. Ab Anglorum parte Ulfkelus Snillingus, hoc eſt, Audax, vir oppido excellens, præfuit. Tunc prælium exarſit, quo Victoriam Ericus adeptus, Ulfkelum fugavit: tradente in carmine, quo Erici laudes perſecutus eſt, Theodore Colbeni filio.

"*Auro decoratus (Rex) navibus bellum intulit*
"*Regioni ad occidentem ſitæ,*
"*Terrâ idem, nec non Londino,*
"*Per cædem atqve ſtragem potitus eſt.*
"*Milites, quorum & ingens robur,*
"*Et numerus cum imbrium guttis comparandus,*
"*Formidandos ictus ſuſtinuere,*
"*Ferentibus Thingmannis, (i. e. militiæ ſociis).*
"*Interim acies cærulea (gladii) intremuit.*
"*Vibratiqve enſes ſonitum dedere,*
"*Qvalem ſolent qvercus vi ventorum agitatæ.*

Alterum prælium Ericus in Hringmaraheida cum Anglis conſeruit. De iſto idem Theodorus Colbeni:

"*Militiæ nauticæ ductor vulnera intulit,*
"*Stragemqve edidit, quæ lividæ & cruentæ*
"*Carnis affatim corvo objecit.*
"*Mucronis freqventes apparent notæ,*
"*Qvibus hoſtium crura inſignivit,*
"*Dum necem illis ſtruebat Ericus*
"*Iſte animoſus, atqve inferebat,*
"*Teſqva cruentavit Hringmarina,*
"*Anglorumqve copias redegit ad paucitatem.*

Itidem hic victoria penes Eiricum fuit. Ceterum de iſta ejus invaſione amplius commemorat Thordus Colbeni hoc carmine:

Ex-

A. D. 1014.

Gengu upp þeir er Englum
Ar hrafn gefendr váru,
Langa ftund a lanndi
Leidir upp fra fkeidum:
Enn i gegn þeir er gadu
Glaum-fkers bæi veria
Gallt hialmad lid hiallta
Her-ferd bændr giördu.

" *Exfcenfionem e navibus fecere,*
"*Qui Anglos primo mane*
" *Ad corvorum victum mactaturi erant.*
" *Longum iter emenfi funt.*
"*Milites terra excipit.*
" *Adverfus hos arma capiunt copiæ galeatæ,*
" *Exftructas ad hilaritatem*
"*Conviviorum domos defenfuræ.*

SÆTT KONUNGA.

Knutr Konungr fat um Lundunaborg, enn Jatmundr Konungr oc þeir brædr vördu borgina, þa foru menn a millum þeirra: Knutr Konungr atti Emmu Drotning, modur þeirra, oc kom fva, at gislar voru fettir a millum þeirra, oc voru grid fett til tals oc umleitanar meiri fætta: oc a þeim ftefnum var fætt giör millum þeirra: fva, at fkipta fkylldi i helminga lanndi med þeim, oc hafa halft riki hvarr, medan þeir lifdi: enn ef annarrhvarr anndadiz barnlaufs, þa fkylldi fa taka allt rikit med frialfu, er eptir lifdi; oc var fu fætt eidum bunndin. Heidrekr Striona het einn rikr madr, er fe tok til þefs af Knuti Konungi, at hann fviki Jatmund konung, oc dræpi hann med mordvigi, oc þetta vard hans bani: Heidrekr var þo foftri Jatmundar Konungs, oc trudi hann honom fem fialfum fer. Sidan rak Knutr Konungr braut af Englandi alla fonu Adalrads Konungs, oc urdu um þat orroftur

DE PACE INTER REGES INITA.

Londinum obfidione premebat rex Canutus, quam urbem Jatmundus fratresque illius omni opera defendebant, legatis ab utraque parte inter eos commeantibus. Iftorum matrem Emmam in matrimonio (ut dictum) Canutus habuit. Tandem eo res venit, ut obfides mutui traderentur, pactis, donec pax firmior conciliaretur, induciis. Convenitur utrinque: atque his demum conditionibus pax initur, ut terra inter eos æqualiter divideretur, dimidiam uterque regni partem, dum in vivis effet, regeret, mortuo vero fine liberis alterutro, is qui fuper effet, totum regnum acciperet: quæ jurejurando ab utraque parte confirmata pactio. Erat tunc temporis inter Anglos vir potens, Heidricus Striona nomine: Is a rege Canuto pecunia corruptus eft, ut Jatmundum clam interficeret. Hoc modo Jatmundus rex periit, cujus tamen nutricius ifte Heidricus fuerat, atque eidem Jatmundus haud fecus quam fibi ipfi fidem habuerat. Deinde Canutus omnes Adalradi regis filios profligatos

A.D. 1014. orroſtu-ſlög mörg, enn eigi fengu þeir ſtyrk ſiöl-mennis i moti Knuti Konungi, ſidan Jatmundr Konungr var drepinn. Sva ſegir Sighvatr ſkalld i Knutz drapu:

Ok ſenn ſonu
Slo hvern oc þo
Adalrads eda
Utflæmdi Knutr.

Synir Adalrads Konungs voru þa veſtr i Vallandi i Nordmandi, oc voru þar lengi med modurbrædrum ſinum, Rodbert oc Vilhialmi, ſva ſem ſagt er i ſögu Olafs ens helga. Eirikr Jarl Hakonarſon andadiz a Englanndi, oc var hann þa buinn til Rum ferdar: honom var ſkorinn ufr, oc vard eigi blod ſtödvad, feck hann af þvi bana. Knutr Konungr oc Emma Drotning attu III börn. Haralldr var ellztr: annarr Haurdaknutr: dottir þeirra var Gunnhilldr, er ſidan var gipt Heinreki keiſara enum Millda, er in þridi var ſinna langfedga med þri nafni: Sveinn het enn þridi ſon Knutz Konungs: hans modir var Alfifa en Rika, dotter Alfruns Jarls.

gatos ex Anglia ejecit, poſtqvam non paucis eos præliis fatigarat. Illi vero intermto Jatmundo rege, ad obſiſtendum Canuto nimis infirmis erant viribus. Hujus rei memoria extat in carmine Sighvati poëtæ de Canuti regis geſtis:

"Attamen ſingulos
"Deinceps filiorum Adalradi
"Vel interfecit Cnutus
"Vel proſcripſit.

Filii deinceps Adalradi ad Flandros ac Nordmannos ſeſe recepere, ubi diu apud avunculos ſuos Rodbertum & Vilhelmum vivebant, ſicut in hiſtoria Sancti Olavi ſcriptum. Comes Ericus Haqvini filius in Anglia diem obiit, cum jam ad iter Romanum paratus eſſet. Uvulam ſibi ſcindere curavit, unde fluxus ſanguinis obortus nullo remedio ſiſti potuit, adeoqve is caſus comiti finem vitæ attulit. Canuto regi ex Emma tres liberi procreati: Eorum Haroldus natu erat maximus, deinde Horda-Cnutus, atqve filia Gunhilda, quæ poſtea Henrico Largo, imperatori, qui ſui generis tertius ſolet appellari, nupſit. Ceterum & tertium rex Cnutus filium habuit Svenonem dictum, cui vero mater fuerat Alfiſa Potens, filia comitis Alfruni.

VIG KOLS ÞORSTEINSSONAR.

1015. Kári Solmundarſon ſagdi Skeggia bónda at hann villdi at hann fengi honom ſkip. Skeggi

CÆDES KOLI THORSTEINIS FILII.

Karius Sölmundi filius hoſpiti Skeggio innuit optare ſe, ut navem ſibi ſuppeditaret, ab eoqve

Skeggi bondi gaf Kára langſkip alſkipat, ſtigu þeir þar á Kári ok Davidr hvíti oc Kolbeinn ſvarti, ſigldu þeir Kári nú ſudr fyrir Skotlandzfiordu, þar fundu þeir menn or Sudreyium, þeir ſaugdu Kára tídindin af Irlandi, oc ſva þat at Floſi var til Bretlandz farinn oc menn hans. Enn er Kári ſpurdi þetta ſagdi hann felaugum ſinum at hann villdi hallda ſudr til Bretlandz til mótz vid þá Floſa, bad hann þá þan ſkiliaz vid ſitt faurunæyti er þat þætti betra, oc qvaz at ongum manni vilia veel draga at hann letz enn á þeim hafa úhefnt harma ſinna. Allir keyru honom at fylgia, ſiglir hann þá ſudr til Bretlandz oc laugdu þar at í leynivag einn. Þenna myrgin geck Kolr Þórſteinsſon í borg at kaupa ſilfr, hann hafdi meſt hædiyrdi vid af brennumonnum. Kolr hafdi talat margt vid frú eina ríka oc var miok í gadda ſlegit at hann mundi fá hennar, oc ſetiaz þar. Þenna in ſama myrgin geck Kári oc í borgina, hann kom þar at er Kolr taldi ſilfrit. Kári kendi hann oc hlióp at honom med ſverd brugdit oc hió á hálſinn. enn hann taldi ſilfrit, oc nefndi haufudit X er þat fauk af bolnum. Kári mællti: ſegi þat Floſa at Kári Solmundarſon hefir

S 3 vegit

A. D. 1015.

qve navim longam a rebus omnibus paratam dono accepit. Hanc ipſe, David Albus *&* *Kolbein* Niger *conſcenderunt, & ſinus Scoticos auſtrum verſus trajecerunt, ubi quosdam Aebudenſes nacti, qui quæ geſta in Hibernia fuerant, Kario nuntiavêre; ſimulqve Floſium & ſuos profectos ad terram Britonum eſſe. Qua re audita ſociis oſtendit Karius ſe ad terram Britonum in occurſum Floſianis navigare velle; tum qvemqe a comitatu ſuo, cui id utilius videatur, diſcedere jubet; nolle ſe per dolos quemqvam circumducere teſtatus, quod ſe in illis (Floſianis) injurias ſuas nondum cenſeret penitus vindicaſſe. Omnibus eum ſequi præoptantibus, mox ad terram Britonum auſtrum verſus vela dedit, ibiqve in ſeceſſum quemdam infrequentiorem navem introduxit. Hac die mane Kolus Thorſteinis filius oppidum comparandi argenti cauſa ingreſſus, (qui maximam verborum contumeliam adhibuerat præ cæteris incendiariis,) multa cum matrona quadam opulente fuit confabulatus; ac pæne clavô trabali fixum erat, ut hanc uxorem adipiſceretur, atque ibidem conſideret. Hoc ipſo mane Karius in idem oppidum egreſſus, forte, ubi Kolus argenti numerum inibat, devenit: quo recognito, protinus in hominem diſtracto gladio involat, & collum percutit; ille vero argentum computabat, caputqve, ubi detruncatum effueret, X. (numerum denarium) addidit. Tum Karius: Dicite Floſio Kolum Thorſiani a*

Kario

A.D. 1015. vegit Kol Þorsteinsson, lýsi ec vígi þessu mer á hendr, geck Kári þá til skips síns, sagdi hann þá skipverium sínum vígit: þá sigldu þeir nordr til Beruvíkr oc settu upp skip sitt oc fóru upp í Hvítzborg í Skotlandi oc voru med Melkolsi Jarli þau misseri. Enn er Flosi frettir víg Kols býr hann um lík hans oc gefr fe mikit til legs honom. Flosa stucku alldri hermdar yrdi til Kára.

Kario Solmundi filio cæsum esse, meqve anthorem cædis nominasse. Qveis dictis navem adiit sociisqve rem gestam narravit. Vela facientes septentrionem versus ad Bervicam ierunt, ubi nave subducta, in urbe Scotiæ Hvitsburgo Melcolfum Comitem conveniebant, & apud eum aliqvo tempore manserunt. Accepto de cæde Coli nuntio Flosius exseqvias amico parat & pro ejus sepultura summam pecuniæ largam erogat, verbis in Karium vindicibus semper abstinens.

FRA FLOSA OC KARA.

1016. Nú er at segia frá Kára, at um sumarit eptir fór hann til skips síns oc sigldi sudr um siá oc hóf upp sudrgaungu sína í Nordmandi oc geck sudr oc þág lausn, oc fór aptr ina vestri leid oc tók skip sitt í Nordmandi oc sigldi nordr um siá til Dofra á Englandi, þadan sigldi hann vestr um Bretland oc sva nordr fyrir Skotlandzfiordu oc lettu eigi fyrr ferd sinni enn hann kom í Þrasvík á Katanesi til Skeggia bónda, feck hann þá þeim Kolbeini oc Davidi byrdinginn, sigldi Kolbeinn þessu skipi til Noregs, enn Davidr var eptir í Fridarey. Kári var þenna vetr á Katanesi, á þessum vetri andadiz húsfreya hans á Islandi. Skeggi feck honom byrding, voru þeir þar á XVIII.

DE FLOSIO ET KARIO.

Jam ad Karium narratio redit: astate seqvente navim ascendit & ex Normannia iter Romanum orditur, absolutionem nacturus. Qvo facto in Normanniam reversus per mare Dofram Angliæ transit, indeqve Bretlandia prætemavigata finibusqve Scotiæ, Thrasvicæ in Catanesia apud Skeggium substitit, Kolbanoqve & Davidi navem dedit, qva in Norvegiam ille vehebatur, hoc in Fridareya remanente. Karius hiemem in Catanesia eget, qva ejus uxor in Islandia mortua est. In Islandiam ituro hospiti Skeggius navim obtulit, XVIII viris instructam.

SVEINN KONUNGR KOM I NOREG.

*) I þann tima er Knutr Konungr red Englandi oc Danmörk, þa red Olafr Haralldsson fyrir Noregi. Enn er Olafr Konungr kom þar til rikis, þa ftucku or landi fyrir honom Sveinn Hakonarson, oc Hakon Jarl Eiriksson, fysturson Knuts Konungs: hann for til Englanndz a fund Knutz Konungs frænda fins, oc tok hann vel vid honom: fidan ofridadiz med þeim Olafi Konungi oc Knuti Konungi. Knutr Konungr oc Hakon Jarl komu i Noreg med her ovigian: var þat ovarla a dögum Olafs Konungs, og laugdu þeir lannd allt undir fik. Knutr Konungr fetti þa Hakon frænda finn til rikis i Noregi, enn hann for þadan til Danmerkr, enn Olafr Konungr flydi þa landid, oc for þa auftr i Garda riki, oc kom aptr i Noreg tveim vetrum fidarr, oc atti þa orroftu mikla a Stiklarftödum vid lenndamenn fina: er þa höfdu giörz honom o-truir, oc voru þa morftödu menn hans: þar fell Olafr Konungr, fem alkunna er ordit, oc er hann heilagr, oc liggr i fkrini i Nidar-ofi. Hakon Jarl Eiriksson tyndiz i Englandz hafi einum vetri adr Olafr Konungr enn helgi fell: þa kom Sveinn fonr Knuts Konungs oc Alfifu i Noreg, oc var hann þa til konungs tekinn yfir lannd

(*) *De his fusius in supplementis.*

DE REGIS SVENONIS IN NORVEGIAM ADVENTU. A. D.

Cum Angliæ simul & Daniæ imperitaret Cnutus, Norvegiam rexit Olaus Haraldi filius, qui cum reipublicæ gubernacula capesseret, metu ipsius potentiæ e Norvegia discessere Sveno Haqvini filius, & comes Haqvinus Erici filius, Canuti regis sorore prognatus. Hic igitur avunculum suum 1025. *Cnutum, tunc in Anglia constitutum, adiit, qui eum benigne excepit. Inde inter reges Olavum & Canutum inimicitiæ extiterunt. Canutus & comes Haqvinus cum ingenti ex-* 1026. *ercitu Norvegiam invadunt sub extrema regni Olavi tempora, totamqve sibi regionem subjiciunt. Haqvinum comitem Cnutus, cognatum suum, Norvegiæ rectorem constituit, ipse vero in Daniam proficiscitur. Olavus e Norvegia fugiens, in Russiam se recipit. Biennio post in Norvegiam redit, atque cum baronibus regni sui, qui per summam infidelitatem impia contra ipsum arma sumserant, in prælio Stiklarstado acerrima pugna decertavit. Istic rex Olavus occubuit, ut vulgo notum. Hic Sanctorum in numero habetur, corpusqve ejus scrinio inclusum, Nidrosiæ asservatur. Comes Haqvinus mari Anglico* 1029. *submersus est, anno priusqvam Sanctus Olavus decederet. Mox Sveno, Canuti regis & Alfifæ filius, in Norvegiam venit, jubenteqve Canuto parente, totius Norvegiæ rex* 1030. *creatur.*

A.D. circa 1026. lannd allt, at til-ſkipan Knutz Konungs födur ſins. Knutr Konungr ſetti Haurdaknut, ſon ſinn, yfir Dana veldi, oc ſkyldi hann þar Konungr vera. Knutr Konungr hafdi oc til forrada mikinn hlut af Skotlandi, oc ſetti hann þar Haralld ſon ſinn Konung yfir; enn þo var Knutr Konungr yfir-konungr allra þeirra. Hann var kalladr Knutr enn Riki eda Knutr Gamli: hann hefir verid rikaztr Konungr oc vid-lendaztr a Danſka tungu. Knutr Konungr byriadi ferd ſina or lanndi i brott, oc for hann ſudr til Rums, oc hafdi hann i þeirri ferd ſva mikin fekoſtnad, at engi madr kunni markatal um, oc varla punnda tal: hann hafdi of lauſafiar af ſinu riki, enn tok Keiſarans fe at frialſu, hvar ſem hann villdi. Medan Knutr Konungr var a Ruma vegi, þa þyrfti engi madr ſer matar at bidia, ſa er hanns fundi matti na; ſva gaf hann öllum noga ſkotpenninga. Knutr Konungr geck af Flæmingia landi til Romaborgar: Sva ſegir Sighvatr Skalld:

Sva mun fár ferill
Fetum ſudr metinn
Hring-drifr hafa
Höfud fremſtr jöfurr.

Knutr

creatur. Horda-Cnutum vero filium regno Daniæ Canutus rex præfecit, itidem cum poteſtate regia. Habebat præterea rex Canutus in ſua poteſtate magnam Scotiæ partem, cui Haraldum, itidem filiorum unum, regem præpoſuit: in hæc omnia tamen ſuprema ſibi & imperio & regis titulo reſervato. De quo & iſtud prædicatur, quod cum omnes, qui Danicam, hoc eſt, ſeptentrionalem lingvam unqvam uſurparunt, reges opibus & potentia ditionumqve amplitudine antecelleret, vulgo Canutus potens vocetur, alias grandævi cognomento notus. Tandem & peregrinatione ſuſcepta, Romam proficiſcitur. In qua itinere tantum pecuniæ expendit, ut marcarum haud ſane, vixqve etiam librarum numero ſumma illa æſtimari queat: Namqve & grandem theſauri copiam e regno ſua ſecum tulit, & ex imperatoris opibus, ubicunqve locorum valuit, ſuppeditatum, in uſus ſuos accepit. Dum vero in Romana iſta peregrinatione eſſet Canutus, nemo, qui ipſum accederet, petere cibum opus habuit, omnibus ipſo ſcilicet pecunia ſatis largiente. Ex terra Flandrica Romam usqve traditur pedibus iter conſeciſſe: hoc ipſum confirmante poëta Sighvato:

" *Hoc modo pauci*
" *Auſtrum verſus iter inſtituerunt,*
" *Annulorum datores*
" *Reges celſiſſimi.*

Inſtituit

Knutr Konungr ſetti Spitala, þann er alla menn ſkylldi fæda um nott, þa er þar kæmi af Danſkri tungu: vida gaf hann oc til ſtor fe, þar ſem voru Klauſtr, eda adrir ſtorir ſtadir.

Inſtituit etiam hoſpitium, qvo omnes lingva Danica loqventes, idemqvè iter ſuſcepturi, viatores noctu exciperentur. Deniqve ingentem numorum copiam in cœnobia aliaqve ſacra loca paſſim erogavit. D.

ANDLAT KNUTZ.

Enn er Knutr Konungr kom aptr til Englanndz i riki ſitt, þa feck hann ſiúkleik, oc var fyrſt med þvi moti, ſem gulufott er köllud: hann la lengi um ſumarid, oc um hauſtid anndadiz hann Idus Novembris: þat var i borg þeirri, er heitir i *) Morſtr: þat er mikil höfudſtadr: oc er hann þar jardadr: þa hafdi hann at alldri XVII vetr oc XX: þa hafdi hann verid konungr yfir Danmörku VII vetr oc XX, enn radit fyrir Englandi IIII vetr oc XX enn fyrir Noregi VII vetr, þat er allra manna mal, at Knutr Konungr hafi rikaztr verid oc vidlendaztr konunga a Nordr-löndum.

DE MORTE CANUTI.

Redux in ſuum Angliæ regnum rex Canutus morbum contraxit: qvo, primum aurugini non abſimili, poſtqvam diu per æſtatem conflictatus fuerat, tandem tempore autumnali, idibus Novembris, moritur Morſtriæ, qvæ urbs magna in eo regno & primaria, ibiqve ſepelitur. Agebat tunc trigeſimum ſeptimum ætatis annum; Danicum regnum tenuerat viginti ſeptem annis, Anglicum viginti qvatuor, Norvegiam ſeptenis. Magnitudo Canuti & potentia omnium in ore verſatur, qva ſupra cunctos ſeptentrionis reges extollitur; neqve enim qvisqvam eorum latius imperitavit. 1035.

FRA KNUTI KONUNGI.

Knutr Konungr hefir verid örvaztr konunga a Nordr-löndum, þviat þat er ſannliga ſagt, at eigi hafdi hann þat midr um-fram adra konunga, hverſu mikit fe hann veitti i vingiafer, a hveriu ari, helldr enn hitt, at hann tok miklu meira i ſkatta oc ſkylldir a hveriu ari af

DE REGE CANUTO.

Verum neqve iſtud omittendum, qvod ex regibus, qvos ſeptentrio habuit, nullius tantopere liberalitas, qvam Canuti regis celebretur, adeo ut ex vero commemoratum ſit, ipſum non minus in donariis qvotannis largiendis ceteros reges ſuperaſſe, qvam in eo, qvod e tribus potentiſſimis regnis plus tributorum

*) *Leg.* Munſtr.

A. D af III þiod-löndum, enn hverr fa annarra er hafdi eitt Konungs riki fyrir at rada; oc þo þat med, at England er audgazt at laufafe allra nordrlannda. Þat var eitt mark um örleik hans, at madr er nefadr Þorarinn Lof-tunga, Islennzkr: hann var fkalld mikid, oc hafdi hann buundiz a höndum Konungum, oc ödrum, rikum mönnum, langa æfi, oc var þa gamall er hann fotti til fundar vid Knut Konung, oc hafdi ort kvædi um kann, enn þat var þa, er hann geck fyrir Konungin, oc kvaddi hann: oc fpurdi ef hann villdi hlyda til kvædis, er hann hafdi ort um hann: enn þat var þa, er konungr fat yfir bordum, oc vift var up-tekin. Menn nockorir ftodu fyrir bordinu, þeir er töludu mal fitt, oc hlyddi Konungr þeim fyrft, enn er þeir luko finni rædu, þa mællti Þorarinn: þviat hann var madr konungdiarfr, oc hafdi opt flutt mal fitt fyrir höfdingium: Herra, fegir hann: Enn vil ec bidia, at þer heyrid kvæde mitt, oc mun ydr þat fköm dvöl vera, þviat þat eru far-vifur. Knutr fvarar, oc leit til hans hellir reiduliga: þat hefir engi madr fyrr giört vid mik enn þu, at yrkia um mik dræplinga, oc vittu þat vift, at a morgin, at dögurdar mali, kom þu her oc flyt mer þa þrituga drapu, eda lengri, þa er þu hafir nu

torum ac redituum qvotannis in ærarium intulerit, qvam qui uni tantum regno præessent. Cui accidit, qvod inter omnes septentrionales terras, opum ac thesaurorum Anglia facile sit ditissima. Liberalitatis ejus, inter alia exempla, hæc fidem faciunt Vivebat iis temporibus Thorarinus Loftunga, qvod cognomen lingva laudantem notat, natione Islandus poëtica facultate insignis. Is in aulis regum principumqve diu commoratus, exactæ jam ætatis erat, cum Canutum regem adiret, carmen qvod de eo pepigerat, oblaturus. Accedit igitur regem Thorarinus, salutatumqve rogavit, vellet carmen recitanti, qvo ipsum celebrarat, aures præbere. Forte isto tempore mensæ assidebat rex, ferculis jam tamen remotis: adstabant autem ante mensam homines, qui coram rege causas suas agebant, iisqve a rege primum opera dabatur. Qvis dicendi finem facientibus, Thorarinus eum rursus compellans (audebat enim satis libere cum ipso loqui, ut qui sæpe alias coram principibus verba fecerat) sic affatur: Iterum, domine, te oro, ut cantilenam meam audias, in qvo non multum temporis absumes, cum paucis tantummodo constet versibus. Canutus vultu iracundo eum intuens, ait: "Tu igitur non vereris, "qvod præter te nemo ausus est, exigua de "me carmina componere? istud vero scito, "qvod nisi crastina die, ac sub prandii qvi"dem tempus huc redeas, cantilenamqve tri"ginta vel plures strophas complexam ejusdem

nu ort um mik, a þeſſi ſtundu, enn at odrum koſti ſkalltu deyia. Þa geck Þorarinn i brott, oc tok at yrkia drapu um Knut Konung, oc er ſu drapa köllud Höfudlauſn, oc nytti hann allt or flockinum þat er ſva matti, oc eptir um daginn flutti hann kvædit at konungs bordi, oc tokz honum ed bezta. Konungr launadi honum kvædit, oc gaf honum L marka ſkírra. Sidan orti Þorarinn adra drapu um Knut Konung, oc er þat köllud Tug-drapa: þar ſegir ſva:

Giölld hefi ek marka
Malm dyns fyrir hlyn
Fram ſim-tigu
For viſt borid
Þeirra er veitti
Vig-hagr fyrir brag
Mer mord-ſtorir
Mann-balldr er ec fann.

Knutr Konungr gaf Berſa Skalld-torfu ſyni tva gull-hringa, er badir ſtodu mörk oc þar med ſverd gullbuit. Sva ſegir Sighvatr Skalld:

Knutr hefir ockr enn itri
All-dad göfugr badum
Hendr er hilmi fundum
Huns ſkrautliga bunar:
Þer gaf hann mörk eda meira
Margvitr oc hiör bitran,
Gullz rædr giörſa öllu
Gud ſialfr, enn mer halfa.

"dem ſenſus & argumenti, ſed auctiorem ea, quom te nunc recitaturum dixiſti, adferas, capite poenas ſis daturus. Abiens extemplo Thorarinus, nihil prius habuit quam ut cantilenam de Canute rege conficeret, eam ſcilicet, quæ inde capitis redemtio oppellata: eidemque cuncta in priori illa quæ exſtabant, quantum pote, intexuit. Hanc poſtridie ante menſam regis recitat diſerto ore, munusque a Canuto recipit, quinquaginta marcarum argenti puri. Poſtea idem Thorarinus alteram de Canuto cantilenam condidit, quæ Tug-drapa dicitur, atque in ea hæc leguntur. A. D.

" Pretium ego marcarum quinquaginta
" Exhibui ſane æriſono (i. e. Regi bellicoſo.)
" Iſtas idem donavit
" Mihi pro carmine
" Heros bellator,
" Quem adii,
" Hoſtes cædendi peritiſſimus.

Idem Rex Berſoni Skalld-torfæ filio duos ex auro annulos, qui pondere ambo marcam æqvabant, nec non ornatum auro gladium dono dedit, Sigvato poëta teſte:

" Præclariſſimus ille Canutus,
" Virtutum nobilitate inclytus,
" Utrique noſtrum,
" Cum ipſum adiremus navibus imperantem,
" Manus muneribus ſuis pulchre implevit.
" Tibi rex ſapiens integram marcam auri
" Vel plus dedit, gladiumqve acutum,
" Dei omnia in poteſtate habentis donum;
" Mihi vero (marcam) dimidiam.

A. D. Þa er Knutr Konungr anndadiz i Englanndi, endiz sa enn mickli hofdingskapr Danakonunga, er þeir langfedgar hofdu haft, at hverr enn sidarri hafdi meira riki enn hans fadir.

Mortuo in Anglia Canuto rege, magna illa Daniæ regum potentia, qva & ipse & majores ipsius claruerant, finem habuit. Etenim de illis potest dici, quod unusqvisque, propagatis finibus, amplius parente suo imperium adeptus fuerit.

UM RIKI KNUTS A SKOTLANDI.*)

Fyrr var sva komit at Knutr redi oc fyrer miklum hluta af Skotlandi var þat fyrer skömmu, adr hann kærdi um Noreg a hendor Olafi konungi Haraldsyni, at til hans komo tveir konungar nordan af Skotlandi, af Fifi, oc gaf hann þeim upp reidi sina, oc lönd þau öll, er þeir höfdo ádr átt, oc þar med stórar vingiafir. Þá qvad Sighvatr:

Hasa allframir iöfrar
Ut sin höfot Knuti
Færd or Fifi nordan
Fridkaup var þat midio:
Seldi Olafr aldri,
Opt vá sigr hinn Digri,
Haus i heimi þvísa
Hann eingom sva manni.

DE IMPERIO KANUTI IN SCOTIÁ.

Præterea res eo processerat, ut Canutus magnam partem Scotiæ, subegisset. Etenim non erat diu ante, quam Norvegiam ab Olavo Rege Haraldi filio, sibi regendam tradi petierat, ut a borea ex Scotia duo Reges eum adierunt, ex Fifa, qvibus conceptam remisit iram, terrasqve possidendas reliqvit, qvas antea tenuerant, additis qvalia amicis dari solent, ingentibus donis. Hic ita cecinit Sighvatus:

Attulere multum potentes Reges
Suum (qvisqve) caput (Regi) Kanuto
(Venientes) ex Fifa à borea usqve,
Pacem (re ea) redimentes, media.
Commisit (ast) Olafus (ille) nunqvam,
Sape fortitus victoriam est Crassus,
Caput in orbe terrarum hocce,
Ipse nemini cuiqvam hominum.

FRA KNUTI OC SVEINI.

Knutr var manna mestr vexti, oc sterkr at afli, manna fridaztr, nema nef hans var þunt, oc eigi lagt oc nackvad biugt: hann var lioshtadr, fagr-harr, oc miöck hærdr,

DE CANUTO ET SVENONE.

Canutus magna corporis statura fuit, vir insigni robore, omniumqve formosissimus, excepto, quod nasum haberet tenuem, eminentem, & aqvilinum: facie erat candida, capilo

*) Hæc de Scotia ex Snorrone Tom. II. p. 214. excerpta. Cætera vero, qvibus res Canutum inter & Olaum gestæ narrantur ibidem, appendici inseruntur.

hærdr, hverium madr var hann betr eygdr, bædi fagr eygdr: han var örr madr (hermadr) mikill, oc enn vapndiarfasti, sigr-fæll, hamingiu madr mikill um alla hluti, þa er til rikdoms heyrdi. Ecki var hann stor-vitr madr, oc sva Sveinn Konungr med sama hætti oc enn adr Haralldr oc Gormr, at þeir voru öngir speckingar at viti.

capillo decoro & prolixo, oculis elegantissimis, claris nempe atque acribus. Liberalis imprimis, bellator egregius, mirabili in pugnando audacia, victoriosus, ac in omnibus ad potentiam acquirendam felix & fortunatus. Ceterum non acuto admodum ingenio, in quo regi Svenoni videbatur, atque illo prioribus, Haraldo & Gormoni similis; quippe qui a mentis acumine & sapientia neque multum laudis promeruerunt. A. D.

FRA HAURDA KNUT.

Haurda Knutr, son Gamla Knutz, tok riki allt i Danmörku eptir födur sinn: enn Haralldr, annarr son Gamla Knutz, tok riki yfir Englanndi eptir födur sinn. Þa kom til Englanndz Jatvardr enn Godi Adalradsson, brodir þeirra Haralldz oc Haurda Knutz: hafdi hann i Englanndi gott yfirlat, sem vert var. Tveim vetrum eptir andlat Gamla Knutz andadiz Gunnhilldr drotning i Saxlanndi, dottir Knutz konungs, er Heinrekr Keisari hafdi att: Enn sim vetrum sidarr andadiz Haralldr Knutzson Engla Konungr, oc er hann jardadr hia födur sinum i Morstr: tok þa Haurda-Knutr, brodir hans, bædi rikin England oc Danmörk. Enn Magnus, son Olafs ens Helga, svarabrodir Haurda Knutz, red þa Noregi, sva sem ritad er i Æfi Noregs Konunga. Enn tveim vetrum eptir

DE HORDA-KNUTO.

1035. *Horda-Canutus, filius Canuti Senioris defuncto patre, totum Daniæ regnum accepit. Haraldus vero filiorum Canuti alter, Angliæ rex post patrem constituitur. Tum & in Angliam venit Jatvordus Bonus, Adalradi filius, frater Haraldi & Horda-Canuti, atque in Anglia magnum uti par erat, honorem consecutus est. Biennio post mortem Canuti Senioris obiit Gunhilda Saxoniæ regina, filia Canuti regis, quam in matrimonio habuerat Henricus imperator. Quinquennio vero deinde fato* 1040. *fungitur Haraldus Canuti filius rex Angliæ, apud patrem suum Morstriæ humatus. Itaque utrumque regnum, Angliam scilicet & Daniam, Horda-Canutus adipiscitur. Eo tempore Magnus Bonus, filius Olai Sancti, juratus frater Horda-Canuti, Norvegiæ præfuit, quemadmodum in memoriis regum Norvagicorum traditur. Post duos,* 1042. *a morte*

A. D. Deptir andlat Haralls Knutzsonar anndadiz Haurda Knutr, var hann oc jardadr i Morstr hia Gamla Knuti fedr sinum. Eptir dauda Haurda Knutz var aldauda enn forna ætt Dana Konunga, þa
1042. var Jatvardr Adalradsson til Konungs tekinn yfir Englanndi: var hann þar lengi Konungr: oc eignuduz Dana Konungar alldregi England sidan. Enn þa tok Magnus, son Olafs ens Helga, riki i Danmörk: var hann þa þar konungr yfir, sem segir i Æfi Noregs konunga: hann red einn vetur Danmörk, adr þar hofz til rikis i moti honom Sveinn, sa er sagt er Magnus heti ödru nafni: hann var son Ulfs Jarls Þorgilssonar Sprakalegs. Modir Sveins var Astridr, dottir-Sveins Konungs Tiuguskegs: var hon systir Knutz Konungs Gamla; enn modir Astridar var Sigridr enn Srorrada, dottir Sköglar Tosta: hon var oc modir Olafs Sænska.

a morte Haraldi Canuti filii, annos, obiit Horda-Canutus, qui & Morstriæ apud patrem suum Canutum seniorem sepultus est. Mortuo Horda-Canuto antiquum Daniæ regum stemma extinctum erat: ideoque regem Angli elegerunt Jatvardum, Adalradi filium, qui diu regno illi præfuit, atque ita Daniæ reges Angliam nunquam deinde recuperarunt. Danorum vero rex factus est Magnus, filius Olai Sancti, qui & regni administrationem suscepit; de quo & in vitis regum Norvagicorum perscriptum. Hic Daniam solus anno rexit; antequam illam sibi vindicaret Sveno, quem alio nomine Magnum appellatum dicunt. Filius Sveno erat comitis Ulfonis, Thorgilsi Spracaleggi filii. Mater ei fuerat Astrida, filia Svenonis regis furcatæ barbæ, & soror regis Canuti Senioris: Astrida mater Sigrida Facinorosa, Skoglar-Tostonis filia, quæ & Olaum Svecum peperit.

FRA LANNDZ SKIPAN I DANMORK.

